Narrat secundū dictū vbi reperit cōp̄hio ꝓpinqor equali pōderis post locū dictū. Et intēdit q̄ in 4.° climate ē tempatior cōp̄hio q̄z in aliquo alio climate. ꝛ rō. nā non adurūt si cut illi qui sunt in p.° climate vel 2.° nec cōgelant in hyeme sicut illi q in extremitate qnti climatis vel in sexto climate habitāt. hēnt ḡ regionē tēperatiorē. Et de tpamēto huiꝰ regionis vī dicere Hal. 3.° ptic.ª affor. Cū dic q̄ zona tpata est suppositā parti celi intercepta p duas lineas paralellas ab orīēte i occidētē ptensas. Quaꝝ vna trānsit per yndiā terrā q̄z dam cōstātinopoli oppositā vsus orīēs. ꝛ alia trāsit p chouū insulā terrā Ypoc. cuius terre latitudo vt cōsiderauerūt sapiētes trecētorū fere ē milliarū. ꝛ ē i 4.° climate aliqd capiēs de 5.° Auer. voluit 2.° colliget secundū clima esse tēperati. sed hali rodoā dicit tēpatū locū q capit medietatē quarti ꝛ tertij. ꝛ Albu. dic istū locū ēe ꝓphetaꝝ locū. sz Aui. opīo cū Hal. cōcordat istā seqt. stat in iuditio estiatio

In membris vero iam fuit.

Eligit vnū mēbꝝ tēperatū inter mēbra ꝛ ꝓpinqssime pōderali equalitati. ꝛ intendit q̄ illud mēbꝝ est cutis sz caro simplex q̄ hēt tm̄ sensum tactus post cuti ē ꝓpinqssima. Et probat p qd hec cutis nō patit ab vno equaliter cōpōsito ex aqua feruentissima ꝛ niue. ne ab vno equalr cōpōsito ex terra ꝛ aqua. ꝛ p ꝫ̄s est illi sile ſm tactiuas qualitates. Cā. n. non agēdi ꝛ ñ patiēdi i illꝰ ꝛ nō sentiēdi nō ē alia q̄z actualis silitudo. ꝛ sunt exēpla Hal. p.° d cōplexionib⁹ cap.° vltō. Et pōt ad ħ addi ratio quā q̄ ē feci in qōe de ꝓpinquitate ad equale pondus. ꝛ tā diu elegit q̄ꝓpīque cutis illi qualitati ē cutis uole manus. ꝛ postea in extremitate digitorꝝ. qz ista ē iudex tangibiliū ordinata a nā cū sit optimū tactus insīm ꝛ declinatio iudicis oz esse equalis. qz nō plus ad vnū q̄z ad aliud vt percipiat ōe egrediēs ab equalitate Nam ꝓpriū sensibile tactuū ē extmū nō medium vt sumit 2.° de aia cōmēto .118.° sz hec oia ē exposita sunt. ꝛ iō non prolongo.

Et debes autem scire.

Postq̄z docuit aliqd de ꝓpoe actuali quo ad qualitates ꝑmas tāgibiles q̄ sunt eiusdem spēi cum elemētarib⁹. Intendit hic aliqd dicere de cōplexione q̄ est talis in po.° ꝛ ħ pluri mū q̄z tū ad hāc artē attinet repit in medicis licet in cibis medicinalib⁹ ꝛ in multis alijs reperiri possit. Soluz igitur de medicinis logtur hic Aui. Pp.° docēdo qūo apud medicos dicunt tpate. 2.ª ibi Et sil̄r qūo dicant calda vel fria. Dicit p.° q̄ cū dicim⁹ medicinaz esse temperatā. nō intelligimus q̄ sit tpata ad pōdus ad sensum ꝑus datū. qz illud esset ipossibile. Et nō intelligim⁹ q̄ hēat tēperamentum humanū. i. cōplonē oio similē cōplexiōi hūane. tūc. n. oīs medicina tēperata essz de subā humana q̄ ē falsum. Cōplexio. n. ꝓpria hois ꝑparat ad formā hois. sed intelligim⁹ q̄ applicata corpori hūano in dosi cōuenīēti. alteraf p.° a corpe humano. ita vt recipiat ab eo qualitatē q̄ nō subingredif tpamentū hūanū ꝛ ideo nō operabit in ipsuz corpus qualitatē corpus excedentē. Ubi cōsidera q̄ medicina hic sumit vt ꝫ venenū ꝛ ꝫ bezoar ꝛ cibū. distinguit ꝛ sumitur ꝑ tali in po.° nō in actu. Ex ħ dicto intellige nō sequi. ē me.ª tempera ta. ḡ non alterat corp⁹ ꝛē. Sed solū seqt q̄ ñ alterat ex latitudinē postquā ad actū fuerit ꝺducta. Et attēde q̄ me.ª temperata licz nō sit vnicuiq̄ membro nostri corpis similis i cōplexione. neq̄ ātequā ad actū reducaf. neq̄ etiā postq̄z ē ad actū reducta. qz tñ est conseruās calorem nālē cōem. ꝛ vnl̄r conseruātem vnū qd̄q̄ mēbroꝝ q calor ē spūs. iō dī totum conseruare ꝛ vniuſ cuiusq̄ mēbri conseruatiā mediate licet non imediate. oz tñ videre an si me.ª in vaporē conuertaf similez spūi in ḡdu caloris q̄ quēadmodū sps est aptus calefacē omnia membra corporis ita esset i.° medi.° Et q̄ sicut mltitudo quātitatis sps ꝛ sāguinis facit cānem qualitatīe non solū quātitatie caliditorē ita faceret hic vapor. Et iō ſm ħ esset me.ª temperata mēbroꝝ alteratiua. Dicit āt conseruare tēpatuz corp⁹ non qz vnū quodq̄ membꝝ conseruet. sz qz applicata i dosi debita nullum alterat ex suū tempamētū ꝛ calorē comunē conseruat prohibēdo lapsū ei⁹. Nō si dicaf spiritū mēbra non alterare. hoc ē falsum. Cū sāguis ꝛ sps calefaciāt ex tēpamentum cum mēsurā excedunt ꝛ q̄ calefaciat sanguis mēbra. hoc colligit 2.° primi caplo ꝺ eo quod comedit ꝛ bibitur. Uerum ēt concesso q̄ spirit⁹ propter talē proprietatē cnzrētē iterā ipsum ꝛ membrū calefaciat ipsū ex tēperamētum. Querit quid prohibet ēt illā proprietatem inueniri in me.ª tempata ad actū reducta per quā prohibef membrum alterare ex suū temperamētum. ꝛ ꝑz q̄ nihil vetat. Utq āt omnis me.ª tēperata postquā est ad actum reducta nullo modo alteretur a corpore vel alteret. sed intra latitudinē tēpamenti. nunc nō

UVA. BHSC. IyR_045_1

oportet videre. vtraqz enim istaꝝ dispōitionū sufficit ad hoc ut dicaſ temperata ad mentez Aui. hic. ꝛ querere an medicina tpata dicaſ talis rᵘ. hōis absolute uel rᵘ. tpati magis pertinintz 2ᵒ huius capᵒ. de eo quod comediſ ꝛ bibitur. vbi ēt uidebiſ Utꝝ sit possibile aliquā medicinā cōuerti i uaporē caſm ꝙ possit vnū quodqz mēbꝝ corpis imediate cōseruare siē pōt spūs vitalis nō obstante ḡduali dissimilitudie actualis caloris. Et ēt utꝝ sit reperibilis medicina hēns ptes difformes ita ut vnicuiqz mēbro hēat partē ꝓportionatā q̄ ad illud mē bꝝ attrahitur cū ad actū fuerit reducta sicut in cibo tpato tales ptes difformes repiuntur hec enī non uidēſ ipossibilia. Attēde 2ᵒ ꝙ aliqua dī medicina tpata in actu sicut hō tpatus hōi temperato. aliqua in potᵉ sicut buglosa. aliqua a ꝑpetate licet iproprie dicaſ medicina ut saphir'. ꝛ aliqua p se ē ꝑpata ita actuari a cōpe humano ut sit temperata. alia per accidēs ut vestis. Hic tū sumiſ ꝑ tali i potentia p se ꝛ ꝑprie dicta. Et dicīſ ēt medicia tēperata q̄ nullo. alterat corpus sz resistit alterationibus agere a qualitate qz p qualitatem actiuam resistit.

Et similiter cum dicimus.

Docet hic quid p calidā aut friam medicinā intelligiſ. Et diuidiſ in duas ptes. Primo hoc. 2ᵒ infert q̄dā corrolaria. ibi Qua propter medicina. Dicit pᵒ tria. Primū est ꝙ nō iō dicit medicinā calidā qz sit in sūmo caliditatis. qz tūc solus ignis ꝛ sibi similis in calore diceret medicina calā. Dicit 2ᵒ ꝙ nō dicīſ medicina calā qz in sua suba. i. cōplone subali ꝛ imediate ꝑparāte ad formā sit calidi oꝛ corpe humano. qz tūc p tēperatā intelligeremus q̄ esset humane cōplexiōis cuius oppositū dictū ē ſ. Et pz ꝛña. qz si dicīſ calā per cōpationē ad ꝑpam cōplonē quā hēret. non per cōparatōz ad effectū quē est apta facere in corpe humano. tūc pariter diceret tēpata ex siſitudine cōplexionis eius cū complexiōe humana tēperata. Dicit 3ᵒ ꝙ meᵈ iō dicīſ calida. qz postqz reducta ē ad actū p eam est apta ꝓuenire in corpe humano caliditas maioꝛ ea cū qua stat humanū tēperamētū. ꝛ similiter de fria. Et pōt dici ꝙ intelligat ꝫ absolute de quocūqz hōine ꝙ calefieret a calida vel tm̄ de tpamento iuxta uarias opiniones de gradib' medicinaꝝ de qbus infra dicemuſ Breuiter igiſ meᵈ dicīſ calā uel fria a medico pp opōnem quā est apta facere in corpore humano. Ubi nota ꝙ ſ de tēperata dixit ꝙ patiſ a calore nāli ꝛ afficitur qualitate qua corpis humani qualitates nō ſupergreditur Hic uere dī ꝙ medicina calida uel fria afficiſ qualitate aliqua a calore corpis humani. qa nō omnis medicina talᵉ reducīſ ad actuz. qz acqrat qualitatē p quā operet i corpᵒ a calōe hūano ut oñdā i caᵒ ꝺ eo qꝺ comediſ ꝛ bibiſ

Qua propter medicina est.

Infert correlaria. ꝛ pz. Nā ex quo medicina nōⁿ dī talis nisi ex opatōne quā facit postqz est reducta ad actū a calore corpis. Et in diuersis aialibus ꝛ in diuersis hoibᵒ ad aliū ꝛ aliū actū reducīſ. Et sīr ista sī cozᵉ varioᵒ passibilia. Nō est mixᵗ si meᵈ eadē in vno corpore operaſ calefaciēdo ꝛ i alio infrigidādo vᵉ minᵘ calefaciēdo. Ex quo pz ēt cā pmutatiōis medicinaꝝ. ꝛ h magis tractabiſ 2ᵉ huiᵘ.

Postqz igitur.

Nunc determiat de 2ᵒ mēbro principalis diuisionis intellecte ꝑpe pricipiū capituli. ſ. de cōplexione distēpata humana. Et diuidiſ in tres. Pᵒ ponit numeꝝ istaꝝ distēperatarū. 2ᵒ declarat vnā quāqz. ibi hec octo. 3ᵒ ponit quasdā subdiones. ibi vna quaqz. Primū pz qz vnī cuiqz mō equalitatis sī. 8. spēſ ꝓkonis iequalis siue distēpate mō q̄statim dicetur.

Et hec octo proueniunt.

Nunc vnā quāqz declarat. ponēdo dionē distemperate p quā p bimēbris diones tādez venimus ad. 8. spēs. ꝛ diuidiſ in duas. Pᵒ ponit dionem. 2ᵉ ibi Et simplex qdē. Pōit subdiuisiones. Dicit pᵒ ꝙ distēperata cōplio q̄ non est nisi ista in qua est egressus ab equalitate. aut est quando receditur ab equalitate p qualitatē vnius ꝓtietatᵗ tantum. Et est cōplexio distēperata simplex. aut qñ fit recessus ab equalitate p qualitatē ābaꝝ ꝓtietatū tāgibilū. ꝛ est distēperata cōpositā. nā in illis duabus ꝓtietatib' cōsistit tpamentū. Ex quo intelligis ꝙ licet mala complexio caā nō fiat nisi cū recessu duaꝝ qualitatū a tpamēto. ſ. excessu caliditatis ꝛ defectu fritatis. nō tū dicīſ mala cōplexio composita. qz nō est nisi i qualitatibus eiusdē ꝓtietatis ſz simplex. Cōsiderandū de cōplexione distēperata simplici. vtꝝ dāri possit. Uideſ discordia inter Gal. ꝛ Auer. Unde gali. pᵒ de cōplexiōib' ꝛ pluries alibi uult ꝙ pōt esse aliqua mala cōplio simplex. ita ꝙ sit distēperata i calido ipsa existente tpatā in sicco. ꝛ fundaſ super h argu.

Dis dispō q̄ potest inueniri cū utroqz duoꝝ ꝓtioꝝ potest inueniri cū medio iter illa cōtraria. Sed distēperata cōplexio pōt reperiri calida cū siccitate a pdñio ut in colerico. ꝛ potest inueniri cū humiditate ut in sanguineo. ꝑ

UVA. BHSC. IyR_045_1

põt inueniri cũ tpato inter humidũ ⁊ ſiccum
Auer. aũt 2°. coliget nõ uult eſſe poſſibile. ꝙ inueniat diſtempata cõplo in vna ꝯrietate qn ibi ſit diſtẽpamentũ in ambabuſ ꝯrietatib⁹
Et rõ eſt qz cõplexio in paſſiuis qualitati bus ẽ mã cõplexionis in actiuis ſz diuerſa foꝛ ma regrit diuerſã mãz. Igitur nõ põt variari cõplexio in actiuis qn fiat variatio i paſſiuis Et qi per ſimile argumentũ ꝓbat ẽt ẽ. Ad aũt paſſiue qualitates ſunt mã actiuaꝝ. ſũitur ex 4°. metha. Nota tñ ꝙ nõ uult Auer. ꝙ ſi diſtempamẽtũ ẽ in actiuis tm̃ ꝙ dẽat dici egritudo ꝙ in paſſiuis ſit diſtẽperamentũ tm̃ ꝙ debeat dici egritudo. qz non ẽ neccium tm̃ diſtempari humiditates q̃tum diſtemperatur calitas. Et ſi q̃ratur quãtum ẽ ⁊ qũo oꝛ di ſtẽpari paſſiuas in cõparatiõe ad actiuas fac ta actiuaꝝ diſtempãtia. Rñdetur ꝙ hoc eſt ignotũ. Vel ipoſſibile ẽ ꝙ ꝑciſſe ſub eadem mẽſura paſſiuoꝝ ſint due diuerſe cõplexioneſ in actiuis. Et ꝫ ẽ cã qr̃ cõcedit Auer. errorẽ Gal. eſſe puũ ⁊ nõ dare impedimentũ in arte 2°. colliget cap°. p°. Et quare 3°. colliget dicit ſpẽs egritudinũ cõplexionaliũ eſſe octo inter quas nuãt. 4. ſimplices. Cõueniũt ḡ ãbo in iſto ꝙ ſtat eſſe egritudinalẽ lapſum in actiuis nõ exñte lapſu egritudiali i paſſiuis. ⁊ ecõtra Sed dr̃ñt qz Gal. dixit ꝙ cũ eadem menſura ꝑciſe. ſ. actiuaꝝ ſtat diuerſa menſura paſſiua/ rũ ⁊ eꝯ. Auer. aũt dicit hoc eſſe ipoſſibile.
Ego ãt eſtimo ꝙ ſtat aliq⁹ duo hẽre de mẽſu ra paſſiuaꝝ equaliꝝ q̃ non habent equaliter de actiuis q̃ ſunt ꝑme qualitates. Patet capiẽ do flegmaticũ ⁊ ſanguineũ. ⁊ tũc vl̃ hñt equa liter de humiditate. ⁊ hẽo ꝓpoſitũ. Vel vnũ ꝫ plus ⁊ quocũqz ſit illud. Ponat ꝙ ſm ãbas ꝯrietates reducat ad tpamentũ reliquo nõ variato in ſua cõplexione. Et ꝓz ꝙ i hoc motu aliq̃n habebũt equaliter de humiditate cũ nulla fiat ſubita humiditatis deperditio ut ſuppono. ⁊ tñ nũq̃ hẽbunt equalẽ menſuram caloꝛis. vt ꝓz intuenti. Nec ſm hoc paſſiue ſunt ꝓpa mã actiuaꝝ. cũ mã prima imediate ꝑmas qualitates recipiat. Credo Auer. in telligere de cõplone q̃ ẽ qualitas 2ª. Et i iſto eſt Auer. põ ſuſtentabilis. Nec argumenta Gal. ꝓbant ꝙ ſit poſſibile flegmaticũ ⁊ ſãgui neũ hẽre ꝑciſe equalẽ ḡdum cõplexionaliſ hu miditatis. In illo aũt motu ſtatim imaginato nõ intelligim⁹ motũ in cõplexione q̃ eſt quali tas facta ex primis. ſed in ipſis ꝑmis qualita tibus quare equalẽ mẽſurã paſſiuaꝝ cũ diuer ſis actiuaꝝ nõ negaret. Expõ aũt cõis auer. q̃ dicit ꝙ nõ accit mutatio i actiuis qn accidat in paſſiuis in relatione ad opõnes nõ in qua litatibus in ſe eſt ꝓp Auer. ſñiaꝝ. Vaꝝ ſic nõ reꝑhendiſſet de calore pueri ⁊ iuuenis Gali. qui dicit caloꝛẽ equalẽ. qz Gal. nõ dixit iuue nis caloꝛẽ oĩno ſilẽ eſſe opatiuum cum caloꝛe pueri. vt conſtat.

Et ſimplex quidem.

Dicit p°. ꝙ mala complexio ſimplex. aut eſt cũ exceſſu in qualitate de ꝯrietate actiua. aut de ꝯrietate paſſiua. Itẽ de actiua aut erit ex/ ceſſus in caliditate cũ equalitate humiditatis ⁊ ſiccitatis. aut in ſritate cum eadem qualita te paſſiuaꝝ. Et itez ſi erit exceſſuſ in ꝯrietate paſſiuaꝝ. aut erit in ſiccitate cum tpamẽro in actiuis. aut in humiditate cum eodẽ tpamen/ to. Et ſic ſiũt. 4. ſpẽs male cõplexiõis diſtem pate ſimplices. ſ. calida tm̃. ſria tm̃. ſicca tm̃. humida tm̃. Et ꝫ tã uez eſt de mala cõplone ꝑternãli q̃ non cõuenit ẽtuti ꝑ ſuis opõnibuſ faciẽdis. Et hec dicitur tanta rª. ꝓpe cõple/ xionis non rª. temperamẽti abſolute q̃etiam de mala cõplexione nãli que eſt cõueniẽs vir tuti ꝑ faciendis opationib⁹. Et oꝛ tãta reſpe ctu abſolute tẽperamenti. Dicit 2°. Auice. quo ad iſtã partẽ ꝙ ille .4. cõplexiones ſim/ plices nõ diu durat in ſua ſimplicitate ſerua/ to tpamẽto in alia ꝯrietate in qua nõ eſt lap/ ſus in ſilẽ ḡdu tẽperamenti in quo ſeruareť in corpe tẽperato in ãbabus ꝯrietatib⁹ aliſs pa ribus. Et iſta ẽ ꝓpria huius loci expõ. nam oẽs alie hẽnt repugnãtiã. Dicit 3°. ꝓbãdo iſtud ſecundũ ꝙ caliditas maioꝛ q̃ꝫ oꝛ reddit corpus ſiccius q̃ꝫ oꝛ. i. ſi fuerit corpus calidũ tm̃ ⁊ tẽperatũ in paſſiuis nõ ſubalẽ in eodẽ ḡ du tpati paſſiuarũ in quo ſeruaretur cũ tẽpe/ ramẽto actiuaꝝ aliſs paríb⁹. ſed cito fit ſicc⁹ q̃ꝫ fieret cũ actiuaꝝ tpamẽto. Et iõ ſepe cõti git ꝙ fiat ſiccũ rª. tpati qz latitudinẽ tpamẽti egrediatur. Licet aliq̃n cõtingat ita modicũ eſſe lapſum in calo ⁊ tẽperatũ in paſſiuis eſſe in exĩmo tpamenti ẽſus humiduz qõ remane bit tẽperatũ in humido ꝓ totum vite decurſũ cum ſit in eo minoꝛ ꝓpoꝛtio ad cõſumãduz ⁊ exiccãdum q̃ꝫ vt in dato tpato modus caleſa ciendi excedat. Et ſritas maioꝛ q̃ꝫ dẽt facit corpus humid⁹ q̃ꝫ oꝛ humiditate exĩnea que remanet ꝓ viã indigeſtionis maioꝛis. licz ipz faciat humid⁹ fortaſſe ad ſenſum ꝓpoꝛtiona/ tũ ſenſum ꝑcedẽti. Et ſiccitas maioꝛ q̃ꝫ debz facit corpus frius q̃ꝫ oꝛ. cito intelligitur ꝙ mꝫ tum excedẽs ſiccitas facit corpus frigidꝫ vt ꝓz in bijs qui maraſmãtur quod accit ꝓpter defectum ꝓpꝛij ſubiecti caloris qõ ẽ humidũ
Vel 2°. ſ. ſiccitas maioꝛ q̃ꝫ dẽt reddit tem/ peratũ in actiuis frigidius cito q̃ꝫ oꝛ. i. facit ipſum citius incurrere ſenectutẽ in qua corꝑ

UVA. BHSC. IyR_045_1

est frigidius q̄ oportet respectu eius quod est temperatū. ꝛ humiditas maior q̄ dēt si fuerit multū excedes reddit corpus frigidius q̄ oz citius q̄ siccitas. qz p viā suffocatiōis calidi citius infrigidat corpus q̄ p viā marasmi ꝛ cōsumptionis humidi. Si aūt humiditas fuerit modicū maior q̄ dz seruabit corpus i calliditate sua satis multo tpe. sed tandē in senectute pp multitudinē multoꝝ flegmatū reddit ipsum frigidū tpato. Et has expōnes seruat.

Dicit 3.° quo ad hāc ptem q̄ ex oībus itelligas q̄ equalitas. i. tpamentū ꝛ sanitas magis attinet calliditati q̄ fritati. Et auctoritatē expōnem ꝑ hūstis. nō intelligēdo q̄ ōe sanū sit calm̄ p absolutū dñuz calozis actualis q̄ ē qualitas pma super fritatē. sed qz aīa magis utitur calore in opōnibus suis q̄ frigore ꝛ si caloz sit aliqñ frigore remissior ut os digerit calliditate sua ꝛ nō frigiditate.

Composita vero

Dñdit q̄ dicanť distēpate cōpōite. ꝛ qūo earū sint. 4. spēs. ꝛ totū pz. Attēde tñ q̄ cū corpus posset dici distēperatū per qualitates occultas q̄ dicunť a medicis cōplo insequens māz. ꝛ posset ēt dici distempatū pp qualitatef aliaſ a cōplone ut p opacitatē cornee vl̄ cristalline. ꝛ posset dici distemperatum in complexione manifesta pp indebitā dependētiā calozis a partibus elementarib⁹ cōstituentib⁹ ꝛ a spiritib⁹ ꝛ sanguine. ꝛ pp g̃dualē distantiā a tpamento in cōplexione insequente formā solum de distēperantia ista. ultio accepta hic loquitur. Quo impossibile est aliqd esse sil̄ caliduz quod sit frigidū vel aliquā esse distēperatā nisi mōis p̄dictis. Reliquis aūt modus supponēdo distēperatū cōcedende essent iste cōclusiones. Aliquis ē cōplexionalis distēpat⁹ q nec ē calidus nz frius nec humidus nec siccus r.ᵛ tpati. vt pz in corpore humido nāliter p febrem via resolutiōis venīēte ad mortem. qđ in certo casu in aliquo instāti ante mortē erit p̄cisse corrñdens tpato in g̃dibus p̄mar qualitatū. 2.ª 7.° aliq̄ est corp⁹ p totū bēns malā cōplonē calidā ꝛ malā cōplexionē friaz Patet i ethico ethica senectutis calitate ignis febriente effimere. ꝛ multas plures quas pp breuitatem omitto.

Una queque autem.

Ponit subdiuisiones octo modoꝝ. ꝛ sunt clare oēs usq̄ ad finem capitli. Attende tñ q̄ Auer. 3.° colliget cap.ª p.ª uult ēe difficile dare egritudinē simplicē cū mā. Et rō qz si mā dz malignari plurimū est ꝑpter egritudinē in mēbris nō pendentē ab illa mē malignatione aut ꝑpter cām p̄mitiuā q̄ plurimū alterando humorē alterat mēbr. Et sic in membro sunt due male disposōes ꝛ licz posset accidere oppositum. hoc esset rar ꝛ difficulter.

Medicus aūt phisico credere.

Facit quod dictuz est in prin.ª capitli ꝛ pz.

Capl̄m p̄mū de cōplione mēbroꝝ.

Ideo quod deus:

d In isto capitulo de cōplexionib⁹ determinat de cōplexiōe ꝯcta ad membra. large sumendo mēbra ꝑ reb⁹ corpalibus in corpore nostro nāliter repert̄. Et diuiditur in duas ptes. Primo ꝓbat q̄ membra nostri corporis sūt diuersaꝝ complionū. 2.° narrat membroꝝ cōplexiones. ibi Qđ aūt in corpore

Be prima pte supponit q̄ deus dedit vnicuiq̄ aiali ꝛ vni cuiq̄ mēbro cōplexionem sibi magis cōuenientē ꝑ actionib⁹ ꝛ passionib⁹ mēbri ſm possibilitatē. Et ħ est ꝓbatū in nālibus qz semp nā facit de possibilib⁹ qđ melⁱ⁹ est. Dicit 2.° q̄ deus dedit cōplexionē hōi tpatiorē q̄ esset possibile in ħ mūdo repiri. q̄ cōplexio fuit cōueniens suis ⁊tutib⁹ qbus hō agit ꝛ patit. ꝛ vni cuiq̄ humāo mēbro dedit cōplexionē sibi magis cōuenientē. Et p̄mū pz qz cōplexio humana pfectiorē formā suat in mā q̄ aliqua alia. ꝛ secundū pz ex primo.

Dicit 3.° q̄ ex hijs seq̄t q̄ membroꝝ hōis alia sūt calidiora. alia sunt frigidiora. alia humidiora. alia siccior. Pz ꝑ ħ q̄ mēbra. que dā i sui operatiōe indigēt pluri calliditate. q̄dam pauciori. ꝛ sic de humiditate ꝛ siccitate. Sed vni cuiq̄ mēbro donauit deus q̄ magis meret̄ ꝑ sua opōne. g̃ ꝛc. Attende q̄ licet aliquod aial melius pficit aliq̄ operationem q̄ hō. vt uultur odoratū. linx visum ꝛc. Tñ illa mēbra in illis aialibus brutis nō habēt pfectiorē cōplexionē q̄ sibi cozrñtia in hōine. qz complio in mēbro humāno existēs pfectiorem formā seruat in mā. Cōplexionū enīz q̄ spe differāt. ista ē pfectiō cū q.ª stare pōt i mā forma pfectior. Sz cōplionū eiusdē spēi. ista est pfectioz q̄ est sue forme cōueniēti⁹ instīm.

Quod autem in corpore ē calius.

Narrat cōplexiones mēbroꝝ. ꝛ diuiditur in. 4. sicut. 4. ordines ponit. 2.ª ibi Frigidi⁹. 3.ª ibi Humidius. 4.ª ibi Res aūt siccior.

In p.ª parte ponit talē ordinem mēbrorū calidoꝝ. p.° spūs ꝛ cor. 2.° sanguis q licet in epate gnētur. tñ ꝑpter eius cōtinuationē cuz corde recipit ab eo pl⁹ calitatis q̄ bēat epar

Aug q. opatio est imperfectior q. natura mota eam spē & alia ex spēb

UVA. BHSC. IyR_045_1

Et intellige tã de sanguine in vẽtriculꝭ cordis ꝙ̃ de sanguine in ipso epate exĩte. Sp̃s autẽ a corde ad epar venẽs magis calefacit sãgui nẽ epate. Et ꝓpter melius applicari. ⁊ ꝓpter patientis aptitudinẽ. 3º epar ꝙ est sicut sanguis choagulatus. i. factũ ex sanguie choagulato a calido tm̃ ꝙ separauit inde subtiles ptes ⁊ calidas sanguis ita choagulatus minus calidus sanguie remansit. 4º caro. s. simplex q̃ est frigor epate qz in ea sũt mixti villi neruoꝝ q̃ sunt frigidi. 5º sunt musculi q̃ sũt frigidio res carne simplici pp multos villos neruoꝝ ⁊ ligamentoꝝ q̃ ad eas venũt plures ꝙ̃ ad sim plicẽ carnẽ 6º est splen q̃ est frigor musculis ꝓpter meliam q̃ ad ipsum attrahit. 7º sunt renes q̃ sunt modicũ calidi qz modicꝰ sãguis in eis cõtinet. 8º tunice arteriaꝝ que non sunt in nuõ calidoꝝ membroꝝ. ppea ꝙ ptici pãt corpore neruoso. sed ꝓpter calorẽ actualem quẽ recipiũt a spũ ⁊ sanguine cõtento in eis. 9º sunt corda venaꝝ que minus sũt calida arteriis. qz a solo sanguine qi calefiũt rª arteriaꝝ. Et postea est cutis que est tẽpera in calore. Attende tñ ꝙ cũ aliquis sit vitalis sp̃s. aliqs animalis. aliquis nãlis quorũ distinctiones infra ponã. Tamen de vitali est sermo cũ dr̃ ꝙ est calidior res q̃ est in corpore Mã aialis ⁊ nãlis vterq; ẽ vitali frior. nõ tñ oz ꝙ qlibet sp̃s aialis aut nãlis sit vitali frigidior. vt ꝓbaf ponẽdo ꝙ .a. sit sp̃s aialis nũc primo genitus ex vitali. ⁊ seqf ꝙ nõ per quãcunq; calelactionẽ desinit esse sp̃s aialis sed p qualibet calefactionẽ de possibili fieret aliquo vitali calidior. g̃ ⁊c. Sp̃s ẽt vitalis aliquis est a corde trãsmissus ad mẽbra ⁊ ab illꝰ alteratus. Aliqs ẽ adhuc in corde reseruatꝰ de quo est sermo sp̃s ẽt in corde reseruatus fm ptem est in porositatibꝰ cordis sibi appatus ad ꝓpria opera exercẽda. Aliquis est adhuc sub forma cõi pmanẽs aptus a corde ad alia mẽbra pelli. ⁊ de ꝟ maxime Aui. itelligit

Utꝝ vero ille sp̃s sit corde calidior. licet Gal. nõ tetigerit ⁊ auic. nõ dixerit. Doctoresf tñ ꝓbabiliter volũt hũc sp̃m suba cordis ⁊ ẽt aggregato ex suba cordis ⁊ spũ appriato cordi esse calidiorẽ. qz suba cordis bz de elemẽtis frigidis plus ut aqua ⁊ terra. Utꝝ aũt sp̃s appriatus cordi sit calidior cõi spũ. vel eꝯ. est ꝓbleuma meo iuditio neutꝝ. Sed tñ qualitercũq; dicaf sp̃s est a corde genitus. ⁊ tñ est corde calidior. quod uel iõ cõtingit. qz cum corde ad sp̃s gnãtionẽ cõcurrit spũs p cedẽs tm̃ hẽns de caliditate quãtumq; seqns Uel qz sp̃s gnãf a corde pº remisse caliditatis cũ ipso. postea seipsũ mouet ad caliditatez intensiorẽ sue forme cõuenientẽ. Uel 3º motu quodã in ventriculꝭ cordis calesit. Aduẽte 2º ꝙ aput auctores .4. maneries cõplonũ cõsiderãf fm quas mẽbra sibi iuicez possunt cõparari. Una ẽ innata ⁊ hec est 2º merito miscibiliũ in mẽbro repta. 2ª ẽ influẽs ⁊ est cõplexio repta in mẽbro data sibi a spũ ⁊ sanguine transmissis ad ipsum ab aliquo mẽbro alio uel exũtibus in eo. Et in hac cõsideramus duas mẽsuras qm̃ una ẽ mẽsura cõuenies membro simplici p sua opõne inq̃tuz ẽ simplex talis spẽi. Alia ẽ mensura cõueniens mẽbro simplici inquãtũ ẽ pf talis organici talem opõnem debẽtis opari. vt uerbi gr̃a caro oy aflegmatis nõ indiget multo calore ifluente ad pficiendũ eius opõnez sibi debitã vt est caro muscli fz ut est caro talis musculi fortis motus ⁊ qi continuũ indiguit multo calore. 3ª ẽ cõplo inata actuata pfluẽtẽ ⁊ est agg̃gata ex bij duabꝰ dictis in qua possumꝰ imaginari duaf mẽsuras quẽ edmõz in imediate p̃cedẽti. 4ª est cõplexio repta in mẽbro merito ꝓpinqtatis vel distãtie a fonte caloris quo neruũ cordi ꝓpinqũ ⁊ ossa magis calos dicimus neruo pedis. Et fm mentẽ Bentilis. quẽ in ꝟ moderni sequnf Aui. aliqñ graduat mẽbra fm vnã de istis. ⁊ aliqñ fm aliã. Et ꝟ fecit vt faceret nos itelligere varias mẽsuras esse a medico cõsiderãdas. Ute aũt quibus in cognitiõz taliũ cõplexionũ venimꝰ non sũt tm̃ tactus. sed rõ. existimatio. auctoritas. sensus. ⁊ plereqz tales vie. Quod ãt dixit Gal. 2º complonũ. ꝙ regula calidi ⁊ frigidi nihil ẽ preter tactũ intellexit de frõ ⁊ calido actuali ⁊ quo ad mẽbra q̃ facile p se possunt tãgi. Et quo ad hec alia a tactu. rª eius sunt qi nullꝰ momẽti. ⁊ iõ hijs dictis auctoritas nõ repugnat. Et ex hijs potes videre ꝙ ista nouem q̃ ponũf in numero calidoꝝ nõ fm eandẽ mensurã ⁊ manerie g̃duanf. Nam sanguis p cõplexionem eius merito vicinitatis ⁊ cõtinuitatis cũ corde. Caro simplex merito cõplexionis inate ⁊ influentis quo ad primã mensuram in ea cõsideratã dicif calidior musculo. Que tñ fm quosdam quo ad secundã mensuram consideratã in influente que est caliditas conueniens carni musculi p ꝙ̃to est pars dati organi debentis exercere motũ est carne illa musculi frior. cum multa ⁊ amplior calitas requiraf ad motũ ꝙ̃ ad sensum tactus. vt sumitur quarto de accidenti. Si quis tamen stricte consideret mentẽ Gali. secũdo de complexionibus capitulo tertio. Intendit gradu are cõplexiones mẽbroꝝ quo ad actualẽ mẽsuram primaꝝ qualitatũ in eis reperta p tac

UVA. BHSC. IyR_045_1

tum solummō bene pceptibilē quo ad calorē ⁊ frigus ⁊ p tactū cū quodā discursu quo ad hu. ⁊ sicc. Et q̄ ista sit mens Gal. pz p⁹. q̄ loquit de actuali cōplexione. qz in cap⁹ secūdo dicit. Sensu igitur oz expiri corpus calm aut frigidū quod est actu tale ⁊ po⁹ nō. Et ī fine capituli tertij vbi ponit cōparatiōz membroz dicit. Et regula cognoscēdi itez ē sensus tactus quēadmōz narrat Jpo. in suo libro de nā humana. ⁊ in prin⁹ eiusdē capituli dicit. q̄ regula in calido ⁊ frō cognoscēdo nihil ē pretē tactū. Et ō humido ⁊ sicco ut dixi statī intelligendo p tactū solūmō bene pceptibile quo ad calorē ⁊ frigus. Et p tactū cū quodā discursu quo ad humidū ⁊ siccū. Sed cum comparant mēbra ad inuicē intelligit de mēbris hōis eiusdē tpati uel lapsus ꝓportionati p totum lapsi ⁊ quo ad oia mēbra nāliter dispositi. ⁊ ceteris positis in mēbris cōparatis paribus quātum est possibile. Et hoc mō dices q̄ caro simplex posita pitate in cōplone influente sicut est possibile. qz pōt repiri in corpe sano musculus bēns pcisse tm̄ de influente calidtate. sicut caro gingiuaz est calior musculo pp dispitatē in cōplexione inata. Et fm hūc modū faciliter oia saluabis. Attende vltimo q̄ licet dicat supius in alio cap⁹. q̄ caro est membz maxie ꝓpinqū equalitati pōderis Et nūc corpora venaz fm caliditatē ponunt ꝓpinquioza cuti q̄z ista. ⁊ tamē nō repugnā. qz caro est propinqua equalitati a pondus in vtraq̄z equalitate. sed corpa venaz p siccū satis distāt. Vel dici pōt q̄ aliqua caro ē ual de ꝓpinqua equalitati illi fm calm ut caro in extremitate digitoz. Hic aūt cōparant suppōta pitate in cōplexione ifluente cū cōdictōib⁹ ē dictī cū qb⁹ aliq⁹ vēa ē fria r⁹ equal ad pōd⁹.

Frigidius vero.

Ponit ordinē frigidoz in nostro corpore ⁊ pz. qd dicat. Et p flegma intelligas flegma nāle quod actuali frigiditate ē frigidī⁹ q̄ō est in corpe nostro mere nāliter dispositō. lz igit melācolia nālis p flegmatis cōgelatiōez fieri possit. tamē ipsa nō est in corpe mere nāl⁹ dispositō. Quod si dicat flegma nāle modicū distare a sanguinis natura. hoc est potentia nō quo ad actualem cōplexionē. Attende secundo q̄ pilus sit ex fumo terrestri spisso viscoso p aeris vel cutis frigiditatē coagulando Est ergo māliter satis frigidus. sed qz ille fumus est aliqualr aduſtus quod nō cōtingit in flegmate. iō ponitur minus frius flegmate. Quod si videatur nos calefacere. hoc est reflectendo calorē nostrum. ⁊ p accns ad quez sensum dicit Arist. q̄ plumbū est calidius lana quinto probleumatū probleumate .19⁹. Os vero. cartilago. ligamentū. ⁊ corda ponūtur frigidiora fm q̄ sunt magis terrestria. sed pāculus ponit minus frigidius corda. licet uterque cōponatur ex neruoz villis ⁊ ligamētoz vt infra in summa de mēbris. qz magis calefit a carne ⁊ membris calidis quibus iuz ponit propter eius extēsionē. Et hoc maxime ō paniculo sensum dante ⁊ simul regente. Neruus vero est calidior qz pluri spū participat ⁊ sic motiuus minus frigidius est sensitiuo tātū eadem cā. Sed de nucha ⁊ cerebro visus est Aristo. secundo de ptibus aialium capitu⁹ 7⁹ aliter sentire Vbi uult nuchā esse calidaz ⁊ cerebri fritatē tempare. Sed Galie. secundo complexionū ⁊ Auic. hic ostendit nuchaz esse friozē. qz cū sit mēbrum cū cerebro ex angue ⁊ qi eiusdem nature quo ad mām vt docet sensus cū cerebz indigeat pluri spū vt generet animalē p toto ⁊ magis calefit in directo positū sup coz ⁊ magnas arterias. videm⁹ ⁊ multas vndiqz circūdare cerebz. Et signa huius sūt qz rigores incipiūt a nucha plexq̄z Jdeo cōiter vt medici hanc sītiam sequamur

Utrum aūt cerebz sit frium. repiunt tres modi. Primo tñ notādo q̄ in cerebro tripliciē ymaginamur cōplexionē. primo innataz. secundo inatā actuatā p influentē ꝓpter opationem cerebri neccīaz. tertio totā mensuraz calozis in cerebro existentē tā rōne influētis spūs q̄z vapoz ⁊ fumozū ad caput ascendentium. Et tūc moderni volūt q̄ quo ad duas p mas mēsuras est frium. Et hoc dicūt voluisse hic Auic. ⁊ Gali. secundo de cōplexionibus. Et rātio est qz ista cōplexio cōuenientissima est p cerebri opationibus vt pz. qz gnātio aial spūs ex vitali pficit magis frio q̄z calido cum aialis sit frioz vitali. Et qz debet resistere fortibus alterationib⁹ motus ⁊ sensus ad ipsum termiatis quod sit maxime frio. ⁊ qz est prīcipiū somni. Sed quo ad tertiā mensurā dicunt ipsum calidū. qz indiget euentatōe ⁊ tactu apparere ⁊ expientia. qz in estate oz nos custodire cerebrū ab aeris fritate qñ discopertū fuerit. vt pz in cura vulnez capitis in qbus os est fractum.

Ego estimo cerebz nāliter disposituz quo ad cōplexionē actualē in suba cerebri reptaz esse frigidū. Et tetigi ipm in habēte cerebruz discoptum ⁊ apparuit friuz qñqz. ⁊ quādoqz calidū. Sed nescio vtz esset in nāli dispōne. Nam ex vulnere potuit esse alteratio fria ⁊ p

UVA. BHSC. IyR_045_1

matatio cõplexionis. Sed ego credo inditio Hali. existimatiuo q dicit cerebꝝ frigidũ in illo cap°. vbi a princ°. dixit regulã cali vel frigidi esse tactum. Et ad rõnes Gentilis solutiõis sicut illi similis qua fieret de neruis. Mã in vulneribꝫ ꝛ vlceribꝫ neruoꝝ in estate cauem⁹ ab actuali fritate ꝛ apponim⁹ pãnos calidos ad iuuandũ suam debilem cõplexionem. q̃ nutrimentũ veniẽs per se in egritudinez diuerere non possit debite. Qđ aũt cerebrũ mouetur motu dilatatiõis ꝛ cõstrictionis est pp spũs cõtentos nõ propter sue subẽ euẽtationẽ. licet de hoc magis infra in capitulo de membris dicetur. Reliqua argumẽta nõ idigent solutiõe. Attende tñ q̃ si cerebꝝ dicatur in de somno ab Arist. frigidissimũ. potest intelligi effectiue ꝛ põitiue. Nullũ. n. mẽbrũ est q̃ ita infrigidet positiue corpus p flegma ab ipso in totũ p modũ catarri trãsmissum.

De pinguedine aũt ꝛ adipe. cõsiderando prio p pinguedinẽ intelligi illud quod vocat lardo. ꝛ p adipẽ axungiã. ꝛ sunt ambe ptes nostri corpis facte ex vnctuosa pte sanguinis coagulata a frigido. Sed mã pinguedinis est magis aquea ꝛ min⁹ digesta quod appet cum stridet in eius dissolutione qđ nõ facit adeps. Efficiẽs aũt piguedis cã ẽ frig⁹ remissiuꝰ q̃ adipis. Qđ declaratur p°. qz pinguedo sit inter carnẽ ꝛ cutim. ꝛ adeps iuxꝝ pãniculos. mõ pãniculi sunt frigidi r°. carnis ꝛ cutis. Secundo qz magis coagulata ẽ adeps pinguedine. in tñ enim idurata fuit ut sit frãgibilis qđ nõ est de pinguedine ut Hal. 2°. de siplici me°.

Tertio coagulatõ in adipe maxie expꝛessit ptes aqueas magis q̃ in pinguedie quod apparet p stridorẽ in dissolutiõe. Ex qbꝫ colligit q̃ adeps ꝛ pinguedo q̃tũ ad cõplexiõꝰ insequẽtes mãs a qbus sunt. sũt calide cõplexionis licet quantũ ad actualẽ cõplexiõz frie sint. Colligit 2°. q̃ q̃uis adeps esset forte quo ad mãm calidioꝝ piguedine est tñ actu aliter ea frigidioꝝ. Et qz in nostro corpe g̃duãtur ſm actuales cõplexiones. iõ inter mẽbra ponunt ſria. Sed qz vt medicine vel cibi pp cõplexionẽ insequentẽ mixtionẽ miscibiliũ suoꝝ reducant ad actũ quo calefit bõ. iõ ponũtur medicine cale. Attẽde tñ q̃ pinguedo ꝛ adeps ps uostri corpis exñs p virtutẽ regitiuam q̃ est aĩa totũ regens resistit calido ppi quoꝝ sibi mẽbꝛorũ ne eliqueaf uel tãto g̃du calefiat q̃to calefit nobis applicata in moduz medicine. Cum aũt sepata est qz nõ amplius gubernaf a tali vtute leuissime calefit ꝛ liquefit. Gnãtur aũt in circuitu cordis ꝛ quorũdã mẽbroꝝ calidorũ a frigiditate mẽbroꝝ frõq̃ que sunt ibi vicina sicut cãpsula cordis ꝛ silia.

Et hic est cõsiderandũ q̃ pinguedo circũdans cor in nãli dispõe est actu calidior cute ꝛ coagulata a frio ẽt minori q̃ sit frigus cutis. Sepe enim coagulata a frio sũt calida ꝑ tẽpe ramentũ ut pz in plũbo qñ liquescit ꝛ pmittitur coagulari. Mã postq̃ coagulatũ ẽ adhuc comburreret.

Humidius vero quod est i corpe.

Ponit ordinẽ humidoꝝ. Et 2°. remouet duas dubitatiões. ibi Scire tamẽ debef. Dic primo q̃ humidius quod ẽ in corpe ẽ flegma ꝛ intelligit de humiditate tactu pceptibili. nã spũs ꝛ aeris humiditaf nõ pꝛcipit tactu. Et hoc antiq dixerũt sub his vbis q̃ flegma est humidi⁹ humiditate madefactiua. ꝛ ꝟ dicetuꝝ infra. Sed hec solutio nõ ẽ ad mentẽ Halie. vt existimo. Mã spm tunc in aliquo g̃du humidoꝝ posuisset quod nõ fecit ꝓpter eam causã dictã. licet velit nõ solum tactũ sufficere ad iudicandũ de hũido vel sicco. Nec obstat si flegma ẽ frius q̃ ẽt tunc nõ sit humidi⁹. Naz ẽt aqua est humidius eꝯoꝝ ad sensum statim dictũ. Post sanguis ꝛc̃. Qui tactu cõpꝛehẽditur cũ rõne humidioꝝ alijs corporis ptib⁹. ꝛ post pinguedo ꝛ adeps. Et attẽde q̃ pinguedo ẽ humidioꝝ adipe qz ſriuz ispissans piguedinẽ nõ ita exp̃ssit ptes humidas aqueas vt dꝛ ſ. Ponũt etiã piuguedo ꝛ adeps humidiores cerebꝛo ꝛ nucha nõ q̃ ad tactũ ita apeãt. sz rõ dictat cuz videam⁹ eas liqri facile a calido quod nõ patit cerebꝝ. ꝛ iõ dicimus eas esse humidiores ꝛ sui duriciem esse p viã cõgelationis nõ siccitatis vt pz in glacie. ꝛvi de Hal. 2°. de cõplexionib⁹. Nam in humido ꝛ sicco nõ solus tactus est iudex vt dictuz est sup̃. Post cerebꝝ. ꝛ ꝟ tactu pcipit mole nec est frio cõgelatũ vel a calo eliquatũ. Nucha est solidior cerebꝛo tactu. ꝛ fuit eius duricies ꝛ siccitas neccia sup̃ siccitatẽ cerebꝛi ꝓpter cõtinuitatẽ spõdiliũ q̃ sui soliditate saluatur. vt 2°. de ptibus aialiũ. ꝛ 2°. colliget. Et qz fortis motus nerui ab ea imediate oriũf. ꝛ quia multi humidi vapores ad cerebꝝ ascendunt ipsã humectãtes. ꝛ qz cerebrum habet vtutez apprehẽsiuam que humido complef. Quod autẽ multũ tẽrestre remanet ex eius assatione significat non ita bene pmixtũ esse humidum cũ sicco in cerebro sicut in nucha. ꝛ non ipsuz esse siccius. Postea caro mãmillaꝝ que tactu apparet humida ꝛ etiam habet rem humidã sicut est lac generare ꝛ est magis humida carne testiculoꝝ. vt sensus ostendit. De caliditate istaꝝ carniũ non dixit in speciali. sed ꝓ

UVA. BHSC. IyR_045_1

quanto carnes sunt ponũtur calide a doctoribus ⁊ magis testiculi. Quod aũt lac frigidꝰ sanguine gnãtur a calido digerente. partim est habitũ ō capº p̄cedẽti. postea ẽ pulmo ſm accidentalẽ cõplexionẽ vt infra. ⁊ tactu p̄cipitur. De epate aũt ⁊ renibꝰ ⁊ musculo satis p̄z.. sed potuisset ponere carnẽ simplicẽ ante musculũ. sed voluit esse cõprehẽsum ex dictis. Et hoc mõ Gal. disposuit secũdo de complexionibus capº tertio. cui credendũ est. Dicũt aũt qdam dicant pulmonẽ esse frium ſm complexionẽ accidentalẽ. si intellgaf ꝙ est frigidius ō cutim cõpensata accidentali ⁊ nãli complexione. Credo nõ esse vez. Et auic. hoc innuit infra. Si vero intelligaf ꝙ accidentalis cõplexio in pulmone pp flegmata est aliqua fritas q̃ nõ remittit eius nãlem complexionẽ in tm̃ ꝙ dici debeat frius. h̃ est vez.

Scire tamen debes.

Remouet duos errores . ⁊ sic diuidit in duo. ibi 2º. Et disponet. Posset quis dicere. positus est pulmo humidior epate. Cõtra qz pulmo est subа siccior vt apparet ex equali pondere ⁊ pulmone ⁊ epate distillatis. Dicit ergo ꝙ tu debes scire ꝙ pulmo ſm cõplexionẽ magis nãlem nõ est vehemẽter humidus. in gradu sup̃ epar. Sed si est epate humidius quod tactu p̄cipit hoc est humiditate accñtali. Hec conclusio pbaf. qz cuiuslibet mẽbri nãlis cõplexio similaf ei ex quo nutritur. Sed pulmo nutrit sanguine nõ multũ hũido ymo minꝰ humido sanguine quo nutrit epar nutritur enim sanguine cui multũ cole est admixtũ. Et ẽt quodlibet mẽbroꝝ ſm cõplexionẽ accidẽtalem similaf supfluitati q̃ ibi longo tpe trahit morã. Et in pulmone reperit multa supfluitas hũiditatis pp catarros a capite ad pulmonẽ descendẽtes. ⁊ vapores a corpe ⁊ ptibꝰ naturalibus ad ipsum descendentes.

Ex hijs igitur segtur ꝙ pulmo ſm cõplexionẽ nãlem eius nõ est ita humidus sicut epar ſz ſm accñtalem stat ꝙ sit epate humidior. qz est madefactus a flegmate in eo exñte ⁊ ẽt in subа sua substãtifice hz aliquẽ gradũ humiditatis ab isto. Et attende pº ꝙ per nãlez cõplexionẽ debemꝰ intelligere cõplexionẽ consurgentẽ in mẽbro merito miscibiliũ suorũ ⁊ decursus spũz ⁊ sanguis necciox p̄ sui opatiõe q̃ est nãle instrum virtutis ad opationes mẽbri p̄ciẽdas. Per accñtalẽ aũt complexionẽ intelligimus oẽm cõplexionẽ alicui acgsitam vel in corpe exñtem. siue cũ ista stet sanitas vt est leuis a sole calefactio. siue nõ vt febris. Unde pulmo bẽt cõplexionẽ sibi cõuenientẽ merito suox miscibiliũ ⁊ sanguis ⁊ spirituũ trãsmissox cũ quibus p̄ficerent operatõnes . esto ꝙ a catarris nõ humectaref. ⁊ ista est cõplexio pulmonis nãlis. Accidit tamen ꝙ a catarris humectaf. ⁊ hec humectatio siũ sit cũ sanitate siue tãta ꝙ trahat aut latitudie sanitatis dicitur accidentalis complexio.

Attẽde secũdo ꝙ ista ppõ cõplexio cuiuslibet mẽbri nãlis similatur ei ex quo nutrit. ex ponit cõiter ꝙ similẽ denominationẽ obtinet membꝝ in gnẽ membroꝝ illi quã habet suuz ppriũ nutrimentũ in genere nutritoꝝ. Unde capto medio nutrimẽto in qualitatibꝰ illo nutritur mẽbrũ tpatũ. sed calida membra nutriãtur calidiori. ⁊ fria frigidiori. Ista vero p̄põ ꝙ mẽbꝝ ſm accidẽtalẽ cõplexionẽ similaf ei quod ab eo supfluit. Intelligit ꝙ membrũ assimilatur supfluitati a toto ad eũ trãsmisse i eo longã trahenti morã. Attende tertio ꝙ in cõplexione nãli pulmonis. duo sũt inuenti mõi dicendi. Unus ẽ ꝙ plmo est siccus respectu cutis. qz sãguine nutrit sicco respectu sanguinis quo nutritur cutis. ⁊ dicit h̃ significaf leuitatẽ pulmonis ⁊ spõgiositatẽ suã. Alij dicũt pulmonẽ esse humidũ rº cutis. ⁊ dicũt sãguinẽ quo nutrit plmo esse coleritiorẽ sãguie quo nutrit cutis. Sed ille quo nutrit cutis ẽ magis melicus ⁊ plus siccus sanguie quo pulmo nutritur.

Et dispositiones flegmatis.

Remouet dubitationẽ de flegmate ⁊ sanguine. ⁊ dicit duo. Primũ est ꝙ dispositiões flegmatis ⁊ sanguinis sũt similes illis dictis dispõnibus plmonis ⁊ epatis. qz flegma est vno mõ humidꝰ ⁊ sanguis alio mõ. Dicit secũdo ꝙ flẽa nãle in se est sanguine humidꝰ Primũ pbat p boc ꝙ qñ sit sanguis ex chilo ⁊ nõ coquit vel nõ vt oportet tota ps chili i sanguinẽ cõuertibilis. tũc pars eius diminute decocta cõuertit in flẽa. Sed postea quando cõplef decoctio ⁊ illud flegma in quod cõuertitur ps chili futura sanguis coqtur q̃tuz oportet. tũc res resoluitur ex flẽate ⁊ fit sãguis q in se sit minoris hũiditatis q̃ flegma ⁊ maioris alio mõ. Nã humectatio flẽatis est ſm mõdũ madefaciẽdi in quo supat sanguinem. Sed hũectatio sanguis est substãtifica faciẽs augmentũ in subа rei cũ sanguis cõuertaf in substantiaz mẽbroꝝ. Sic igit patet ꝙ flegma est humidꝰ sanguie quodãmõ. ⁊ quodãmodo e contra. Secũdo pbat secundũ dictuz ibi flegma nãle. Et dicit ꝙ dicta sunt vera. licet flegma nãle aqum scilicet respectu flẽatis multo caliginosi sit in se maioris humiditatis q̃ san

UVA. BHSC. IyR_045_1

guis. Qd pbat. qr qñ sanguis digerit q̃tũ oportet in generatione ei⁹ ex flegmate ⁊ mlte humiditates resoluũt ⁊ aqua ex ipso flegmate ⁊ iõ sanguis restat minus humidus in se. Nã omnis res digesta a calido agẽte in humiduz supfluum separando ẽ siccior cruda ex qua fit digõ. Ex quibus vidẽ potestis nõ ẽe oĩno simile d cõparatiõe pulmonis ⁊ epatis ⁊ flẽat ⁊ sanguinis. Naz flegma ẽ humidius sãguie humiditate sibi intrinseca ⁊ naturali. Sz si dicatur sanguis humidior flẽate. hoc ẽ virtualit in cõparatiõe ad corpus nostrum quod substantifice magis humectatur ex sanguie q̃ ex flegmate. ⁊ flẽma ẽt dicitur humidius madefactiue q̃ sanguis nõ in se qr ipsum nõ ẽ madefactiuũ sed effectiue cõpando ad corp⁹ qd madefit magis ex flegmate q̃ ex sanguie. nõ aũt sic ĩtelligit de pulmõe ⁊ epate vt clare pz

Res autem siccior.

Nunc ponit Auic. ordinẽ siccoꝝ. Et diuiditur in tres. Probat primo pilum esse sicciorẽ rem q̃ est in corpore nostro. per hoc ꝙ fit pilus ex vapore fumoso eleuato ad cutim a quo ps vaporalis quasi tota exp̃mitur ⁊ cõpletur pilus per frĩum cõgelans istum fumuz ⁊ exprimẽs ptem vaporalẽ. Nunc aũt nullũ mẽbꝝ corporis nostri ex mã ita sicca ⁊ p̃uata humiditate gnãtur. Ubi cõsidera qr fum⁹ vapor ⁊ exalatio differũt. Dicit enim vapor corpus subtile aqueũ. exalatio igneum. fum⁹ terreum. vide Aristo. in prio methaphisice.

Attende secũdo mãm pili non ex toto esse humiditate p̃uatã. qr tunc nõ essent cõtinui.

Attende tertio ꝙ in corporibus valde siccis sicut ethicis nõ tñ multiplicãtur pili. quia nõ adest mã a qua tales pili eleuent.

Postea est os.

Probat ꝙ os est siccius. ⁊ est secunduz in ordine siccoꝝ. quod probat. qr ẽt os est durius nõ a frigore cõgelante q̃ aliquod mẽbrorum nostri corporis. ideo est siccius. Nam res nõ induratur a calido nisi ꝓpter multam terrestreitatẽ eius. Uide quartũ methauroꝝ ⁊ secũdo de complexionibus Galie. Et qr os generatur ex sanguine. ⁊ etiam pilus ex fumo sicciori sanguine. Ideo os est humidius pilo. ⁊ qr os est in medio carnium cõtinentiũ nãles humores potest os hũectari. qd non põt pilus. Et qr nos videm⁹ multa auimalia nutriri ex ossibus sicut canes ⁊ lupos.

Ex pilis autem non nutritur aliquod animal nisi sit rarꝝ ⁊ extraneũ. vt quidam dicũt scarabei ⁊ vespertiliones nutriũtur ex pilis. ⁊ in eisdem delectãtur. Arguimus os esse humidius. Et etiam Auicena sumptis equis ponderibus ex osse ⁊ pilis ⁊ distilatis in alembico reperit plus de humiditate egredi de osse q̃ a pilis. Per has ergo rationes videtur os esse pilis humidius.

Post os autem in siccitatem.

Complet ordinem siccorũ membrorum. ⁊ patet. ꝙ ponũtur talia ꝑm ꝙ in duritie sunt excedentia. Nerui enim sensitiui qui non sũt motiui nõ indiguerũt tanta soliditate. Ideo sunt minus sicci vt sint tactus cõuenientius instrumentum. Et eadem est causa qnare modicum sunt frigidi vt appropinquẽt temperamento cõuenienti tactiue virtuti. Nerui autẽ qui sunt motiui ⁊ sensitiui pluri indigent calore pro motu q̃ pro sensu. Et ideo sepe membꝝ est paraliticũ ⁊ tamen sentit.

Capitulum de etatibus.

Tates sunt om

e nes quatuor. Etas adolendi ⁊c. In isto capitulo tertio tertie doctrine determĩat Aui. de complexione etatiua. ⁊ de varietate complexionũ ꝑm sexum. ⁊ habitatõnem. ⁊ artem. Et diuiditur in duas. Primo ponit varietatẽ cõplexionum ꝑm etatem.

Secundo ꝑm sexum ⁊ alia dicta. ibi secunda circa finẽ capituli. Secundũ vero. Prima pars diuiditur in duas. primo ponit distictionem etatũ. secũdo complexionũ ratione etatis. ibi 2ª Infantium vero. In prima pte dicit primo ꝙ etates ꝑm comunẽ modum distinguẽdi medicoꝝ sunt quatuor. scilicet adolescentia ⁊ est tota etas in qua corpus auget Et quandoqz attingit vsqz ad .xxv. vel. xxx. annos. Secunda est etas cõsistentie ⁊ in ea pseuerat calor in eodem g̃du. ⁊ cũ consimili virtute in eadẽ corporis magnitudine ⁊ durat vsqz .xxxv. vel. xxxx. annos. Tertia est in qua calor diminuitur sine manifesta roboris diminutione vel corporis. ⁊ hec durat fere ad .xxxxxx. annos. Alia est vbi manifeste virtus debilitatur ⁊ corpus ⁊ ista est seniũ ⁊ finis vite ⁊ durat vsqz ad mortẽ. Et post pro complemẽto doctrine describit etates sigilatim. Nam etas adolescentie est ista in qua merito naturalis habitudĩs calidi ad humidum debet fieri debitũ augmentũ. licet nõ necessario fiat. Juuentus autem est etas in qua ⁊ si non possit merito habitudinis calidi ad humidũ fieri verum augmentum. Non

UVA. BHSC. IyR_045_1

tamen necessario ratõne talis habitudinis fit diminutio vera. Senectus autem pria est illa etas in qua merito talis habitudinis diminuitur corpus sine manifesta virtutis debilitate. Sed seniũ est etas cũ manifesta corporis diminutione ⁊ caloris natnalis debilitatione in qua necessario merito habitudinis dicte corpus etiãm diminuitur. Sed securius puto q̃ etates describanť ſm diuersitates humidi. Cum enim ita dispositũ est humidũ vt merito istius in homine staret fieri augumentum ab aliquo calore innato est adolescescentia. Et ita proportionabiliter dicendũ est de senectute ⁊ senio. Ponit autẽ medicus distinctionẽ senectutis in primã ⁊ secundaz pp terea q̃ ab istis etatibus sumitur cõtraria indicatio in dietando. Nam primi senes facilius tollerãt ieiunium. ⁊ decrepiti difficulter. vt in comento illius aforismi. Senes facilie ieiunium ferunt. secundo cõsistentes. Philosophi autem istã distinctionẽ non ponunt. qz nõ considerãt de etate sub ea ratione. sed distingunt in duas. ſ. profectus ⁊ defectus vt prio de gnãtione Aristo. Et aliqui in tres. ſ. pfectus. status. ⁊ defectus. Astrologi autez in septẽ ſm dominiũ septẽ planetaz. ita q̃ primi quatuor anni sunt a luna gubernati cũ puer sit tnne humidius ⁊ humidis vtať. Ideo decem sequentes a mercurio qui sunt mediꝛas suoz annorũ minorũ. Ista enim est etas discipline. Octo sequentes a venere qui est planeta gaudij ⁊ voluptatis. 19. a sole qui ẽ planeta augendaz virtutũ. 15. alij a marte ⁊ .12. a ioue. ⁊ .30. a saturno. Et omnes isti anni cõstituunt. 90. Sed cum distinctio etatis sumitur a varietate dispositionũ que in talibus partibus vite percipitur ſm q̃ pluref tales varietates notare voluerunt. Plures posuerũt etates vnam integrantes. Et dic Auicena secundo q̃ etas adolescendi diuidiť in etatẽ infantie que dicitur a non fando. qa nõ perfecte loquuntur. ⁊ in etatem dentium plantatiuã que est post infantiã quousq̃z ginꝛgiue sunt dentibus replete. Et in etatẽ cõcussionis que est post hanc vsqzquo nõ emittit semen que dicitur cõcussionis. qz calidũ cum tam non sit ita suffocatum sicut ante fortiter agit in humidũ ipsum concutiendo. Vel qz ipsi cum sint imprudentes ⁊ ad motum suffici ant mouentur multis inordinatis motibus. ⁊ ista est verioꝛ. Vel tertio qz incipiunt conꝛcuti ad venerẽ. qz licet non emittũt semen tamẽ aliquã recipiunt delectationẽ in tali conꝛcussione. Et etatem reac. i. pollutionib⁹ habundantem. qz tunc maxime venereis vtũtur que durãt vsqz quo barba compleatur. ⁊ est cõiter vsqz ad .25. annum ⁊ vocatur etas pubertatis. Et in etatem fortitudis que est vsqz ad statum donec desinat corpus crescere.

Attende q̃ aput doctores etas videtur importare tps cõnotando ipsum esse mẽsurã pmutationis nãlis dispositiõis viuentis. Ex qua permutatõe repiunť in idiuiduo nãles diuersitates in virtute uel magnitudine vel operibus vel alijs nãliter accñtib⁹. Et isto modo Albertus in libꝛo de senectute ⁊ iuuentute descꝛibit etatem quod est spaciũ tẽporis i viuente derelictũ. i. p quãto est viuenti cõpatũ in quo virtus vite pficit oẽz modũ sue operationis. Alij vero p etatẽ videnť intelligere nãlem ⁊ intrinsecã transmutationẽ viuẽtis p quam ita variať ꝓportio calidi ad bũidum vt per eã in varijs ptib⁹ tpis viuens recipiat diuersitates nãles in virtute vel opatione uel magnitudine vel alijs nãliter accidẽtibus. Ex bijs põt facile videri qũo iuẍ vtrã qz viam oz etatẽ descꝛibere. Et ꝟ voluerunt dicere illi q̃ descꝛibũt etatẽ q̃ etas est viuẽtis dispõ tpali periodo mẽsuꝛata p quã corp⁹ augetur ſtat vel occulte vel manifeste diminuiť ſm variã bitudinẽ cali nãlis ad humidũ radicale. sz credo cõpletiozẽ esse elligẽdũ ex dict⁹

Attẽde 2.° q̃ ap̃ auctozes reptũť ista noia cõpl̃o nãlis cõpl̃o etatiua. intelligẽtes p complexiõnẽ nãlẽ cõpl̃onem cũ qua soꝛma pficit nãl̃z suas opõnes. ⁊ p ꝓpl̃onẽ etatiuã cõpl̃oz cõnotãdo q̃ ẽ ꝓpl̃o viuẽtis in tali vel tali pte etaťis. Añ g̃ dr̃ q̃ aliqua cõpl̃io etatiua ẽ cal̃a vel fꝛia intelligiť cõpl̃onẽ istã in cõpatõe ad ꝓpl̃onẽ eiusdẽ indidui i alia etate. Et qñ absolute dicim⁹ q̃ aliqua ꝓpl̃o nãlis est cal̃a vel fꝛia tũc intelligim⁹ in cõpatiõe ad tpatã ꝓpl̃onẽ in hoie eiusdẽ etaťis. vbi g̃tia dicã cõpl̃onez pueri col̃ici ẽe etatiue humidã qz in cõpatiõe ad ꝓpl̃ones col̃ici quas hz in alijs etatib⁹ est bũida. sz candẽ pueri col̃ici dicã nãl̃z siccã qz i cõpatõe ad cõpl̃onẽ pueri ltpati ẽ sicca. Ex qb⁹ intelligis nõ velle doctoreſ q̃ etatia ꝓpl̃o ⁊ nãl̃ ab iuicez realꝛ distingũť sz alteri cõpať cũ dr̃ etatiua talis. ⁊ alteri cũ dr̃ nãliter talis.

Attẽde 3.° q̃ etas cõsistẽdi ñ dr̃ talis. qz p totã istã etatẽ pseuẽt ididuũ in eadẽ pfectiõe vtuť. nã optiã sanitas q̃ in ea ponit nõ durat nisi p instãs. ⁊ ẽt cũ cõtinue fiat exiccatio nõ durat ꝓpl̃io totalis eiusdẽ dispõnis i tota ista etate cõsistẽ. sz qz i q̃ntitate ⁊ i g̃du caloꝛis cõpl̃ionaľ rẽanet equalitas in tota cõsistẽ. ⁊ i vigoꝛe nõ ẽ nõbilis dꝛia. iõ dr̃ taľ ꝓsistẽdi etas

Infantium vero.

UVA. BHSC. IyR_045_1

Determinat de diuersitate cõplexionis secundum
etatẽ. Et diuiditur in duas. Primo de diuer
sitate in actinis. secundo in passiuis. ibi 2ª
Sed puerorũ corpora. Prima in duo. primo
ponit cõplexionẽ infantiũ ⁊ iuuenũ. secũdo
senũ. ibi Postea est sciendũ. Primo narrat
cõplexiões eorũ. 2º narrat varias opiniões cir
ca cõpationẽ puerorũ ⁊ iuuenũ. ibi Medici
aũt. Dicit prio q cõplexio infantiũ vsq; ad
iuuentutẽ. i. cõsistentiã exclusiue est in calore
fere tpali ⁊ in hũitate fere superflua. Et dicit
fere. qz ista hũiditas nõ est superflua in cõpara
tione ad opa illi etati debita. sed cõpatione
operũ perfectorũ que etati consistentium conue
niunt est superflua.

Medici autem antiqui.

Narrat opiones circa caliditatez pueri ⁊
iuuenis cũ suis rõnibus. Et prio aliorũ. secũ
do Gal. ibi Gal. vero. Itẽ pº narrat vnã opi
nionẽ. secũdo aliã. ibi Et ex eis. Prima põ
dicit q caliditas infantis est maior caliditate
iuuenũ. ⁊ confirmat hoc trib⁹ rõnibus. prima
qz pueri plus crescũt. ⁊ secũda qz pueri habẽt
oẽs operationes nãles scilicet digestiuã ⁊c.
⁊ appetitus ad cibũ fortiores ⁊ diutius morã
tes. ⁊ ille res fiũt a calitate ⁊c. tertia rõ calõ
puerorũ nãlis q est a spermate est magis con
gregatus qz in maiori q̃titate ⁊ est minoris
temporis idest minus durauit ⁊ cõplexio du
rando remittit. g̃ ⁊c.

Et ex eis fuerũt qui dixerunt.

Narrat secũdam opinionem. ⁊ facit duo
Primo adducit .4. ratiões p ea. secũdo sol
uit rõnes pcedentis põnis simꝫ ponẽdo signa
suaꝝ rõnũ. ibi 2ª Desideriũ nãqz. Positio ẽ
q calor iuuenũ est maior calore puerorũ. Pri
ma ratio qz sanguis iuuenũ est grossior ⁊ ma
ioris q̃titatis. ergo pl⁹ calefacit corp⁹. Nam
calidũ densum alijs paribꝰ pl⁹ calefacit q̃ ra
rũ. vt ferrũ ignitũ pl⁹ q̃ flãma. Et iõ iuueni
bus pl⁹ accidit fluxꝰ sanguinis nariũ. Secũ
da ratio. qz cõplexio iuuenũ pl⁹ declinat ad
colerã. vt pbat infra pprie. ⁊ complexio pue
rorũ pl⁹ declinat ad flegma. Tertia ratio qz
iuuenes habẽt opatiões motie vtutis fortio
res q̃ fiũt a calido. Quarta ratio qz habent
fortiorẽ digestiuã. vt infra pbat. ⁊ h nõ est ni
si a calido fortiori nõ a frigitate.

Desiderium namqz nõ est.

Soluit rõnes pcedẽtes. ⁊ ponit signa quo
rũdam dictorũ. Et dicit pº q pueri habẽt for
tiꝰ desideriũ cibi ex qº nõ seqt eos esse calidi
ores sed potius frigidiores. Nam appetitꝰ
intensus vt cãninus fit a frigiditate.

Et signum autem.

Superius determinauit Auic̄.ꝺ mutationib⁹ contingētib⁹ in pulsu ex dispositiōib⁹ nālib⁹ aut ānexis hic determinat de pmutationib⁹ contingētib⁹ a reb⁹ nō nālib⁹. Et de his que accñt ex pmutatione aeris ſm āni tpa. Et diuidit in duas pmo docet quales pulsus pueniunt in medio tpoz. 2° quales in pncipio ꝛ i fine. 2° ibi: Tē poziū vo. Prima in quatuoz ſm quatuoz tpa. ibi 2° ꝛ in estate. ibi 3°: Et in hyeme. ibi 4° i autūno. In pma parte dicit ꝙ in vere pulsus est paruus sed nō in oī re: ꝛ est in fortitudine augmentatus. Sed cōtra hoc dictū est primo mens Gal. in introductorio medicine oīcentis ꝙ pulsus veri sunt maximi ꝛ fortissimi: ꝛ idem dicit in cōmento pulsuū. 2° quia ver est tempus tēperatuz g̃ pulsus tpati: quia tūc cōplexio est magis tpata. 3° quia in vere virtus est fortis est etiā instrm obediēs ꝛ necessitas satis magna: g̃ pulsus sūt magni. Prezerea ſm Auic̄. in estate sunt pulsus parui: ꝛ i hieme parui: ꝛ in autūpno parui: ut pz p Aui. in illo capo: g̃ si in vere sunt parui semp ꝛ in oī tpe ān erūt parui. Pro solutione istoz nō. ꝙ apud oēs in medio veris sunt meritoveris pulsus tpati: quia tunc est habitudo tpati corporis tpatissima: ꝛ hoc pbat 2° rō statim facta. Si aūt cōparent pulsus tpati corpozis in vere ad pulsum tpati corpozis in alijs tpibus merito suoz dispositionū pueniētes pulsus veris sunt maximi. Et hoc voluit Gal. in introductorio pulsuū: ꝛ hoc innuit Gal. in illo capo ponens alioz tempoz pulsus paruos Nō. 2° ꝙ pncipiū veris sapit hiemis naturā: ꝛ iō in pncio pulsus est paruus respectu eius qđ est in medio veris. Ex his patet qđ dicendū sit si quer̄ vtrū pulsus veris sint parui. Nam si loquamur absolute sunt medij nō parui nec magni. Si ꝺo ad alia tpa comparent sunt magni. Sed de textu Auic̄. sunt multe rñsiones. Antiqua eni rñsio dicit ꝙ littera est corrupta ꝛ debet dicere ut habet in littera exterioꝛ. In vere pulsus est equalis in oī re: ꝛ est in fortitudine augmētatus ita ꝙ vbi dicit parui debet dicere equales. 2° expositio est Bini dicentis ꝙ pulsus sunt parui. i. diminuti in oī excellentia in cōparatione ad medios qz sunt medij nisi in fortitudine in qua sunt augmēta ꝺ sed ista expositio nō saluat bene quare dicat nō in oī re quia hec solum videt referri ad paruitatē. Dicit tñ Binus ꝙ pulsus veris sūt minuti ab oī excellētia in generib⁹ recipientibus superfluitatē ꝛ diminutionē: nō tñ in oib⁹ illis quia in genere fortitudinis sunt augmēta ti. 3° expositio est Jacobi quā dicit veterez. Et est ꝙ pulsus veris esse paruos pōt duobus modis intelligi. vno mō absolute ꝛ hoc mō esset falsum. alio mō cōparatione fortitudinis ꝛ est sensus ꝙ nō sunt ita ꝓportionaliꝫ magni sicut fortes: ꝛ hoc voluit Auic̄. hic. Sed iuditio meo tūc ista particula: Nō tm̄ in oī re esset hic falsa quia in oī differētia suscipiēte magis ꝛ minus sunt diminuti respectu fortitudis cū sint fortissimi possibiles ꝛ in nullo alioꝝ generū supremū gradū optinēt. 4° expositio est quā tāgit Marsil⁹ ꝙ in vere pulsus sunt parui. s. in pncipio ꝛ in fine respectu medij veris in quo sunt maiozes: ꝛ tūc intelligit nō in oī re. i. nō in oī parte veris qz nō in medio sūt parui. Aut 2° dicit ꝙ cōtingit ex nimia hiemis repletione ꝙ in vere eliquant materie ꝛ virt⁹ g̃uat vū facit pulsus paruū. Sz hec 2° expō nō est bona qz nō debite adderet ꝛ est in fortitudine augmētatus. Aut 3° ꝙ in vere pulsus ē paruus in altitudine: sed nō in latitudine ꝓp humiditatē. Hibi aūt videt ꝙ Auic̄. dicat hic vnaz contingentiā ꝛ nō regulā de qualitate pulsus veris. Nam certū erat ex dictis supra ꝙ corpus tpatū optime se habet i vere debito stante regimine: ꝛ iō pulsus est tpat⁹ siue medi⁹ in oī re excepta fortitudine in qua est augmentatus. Sed posuit hic vnū cōtingēs ꝛ ē ꝙ aliqñ pulsus veris in corpe tpate cōplexionis est paruus nō in oī re. i. nō in oī diametro sed tm̄ cū hoc toto est augmentatus in fortitudine. Casus est cum corpus implet ꝛ artaria ex multo nutrimēto sit mollis ꝛ caro multa augetur tūc pulsus nō est altus: imo est paruus i altitudine respectu pulsus debent̄ esse in optima ꝯplexione: ꝛ tm̄ est augmentatus in fortitudine ꝓpter complexionis tpantiā ꝛ spirituum multitudinem.

In estate uero.

Ponit differētias pulsus estatis. Et dicit ꝙ in estate pulsus est paru⁹ ꝛ debilis: ꝛ hoc ꝓpter debilitatē virtutis que sequit resolutiōez spūs sequentē caliditatē estatis dūantis superfluam. Ubi nō. calorē estatis ꝓpter naturā seruātis esse superfluā. et iō nō debet proprie estas ꝓpriā naturā seruās esse tpata sz calida

Sed cōtra regulā arguit sic: virt⁹ in sano ē fortior ꝙ in febriente sed in febriēte est fortis virtus ad magnificandū: g̃ sine febre erit fort̄ ad magnificandū: ꝛ ideo pulsus non est paru⁹ ꝓpter debilitatē. Pro solutione nō. primo

UVA. BHSC. IyR_045_1

ꝙ calor estatis paulatī inducitur: ideo magis ꝓportionabiliter virt⁹ debilitaf q̄ calor intendatur siue necessitas: in febrib⁹ aūt ꝛ accidentibus aīe ꝛ exercitio plus ꝓportionabiliter cōtingit augeri calorē q̄ virt⁹ debilitef: ꝛ cōtingit etiā virtutē plus debilitari ꝓpter calorem ꝛ necessitatē maiorari. Mō. 2°. ꝙ virtus fortior ex equali conatu alijs parib⁹ pulsum facit maiorē: ꝛ cū minori stimulo plus conaf. Maz in forti conatu fit debilitatio: ꝛ ideo nā ingeniauit que de possibilib⁹ facit semp melius ꝙ virtus que sufficit facere conatū fortē ut duo ad pulsum magnificandū: gratia exēpli: stante necessitate cui per magnitudinē hunc conatū sequentē satisfieret debite non tū conaf vt duo: sed minus quia minus malū est parū sibi deficere a conatu ꝛ nō tm debilitari q̄ satisfacere per magnitudinē cū illo conatu ꝛ eadē virtus augmētata necessitate augebit conatū quia nimis lederef si a tā multū satisfaciēdo necessitati deficeret. Ex his respondef ad argumēta cū dicif ꝙ virtus in estate est fortis ad pulsum magnificandū. Negaf ꝙ ad hoc sit fortis cū illo conatu quē facit. Et cū dicif ꝙ in febre ꝛ post exercitiū ꝛ in gaudio debilitata virtute faciet tantā magnitudinē ꝛ sufficit eā facere. Cōcedo quia tūc cū maiori conatu facit magnitudinē q̄ in sanitate. Ex quo pz ꝙ aliqua virtus nālis debilitata aliquē effectuz sufficit facere quē nō sufficit cū est fortis.

Et in hieme.

Ponit differētiaf pulsus hiemis: ꝛ diuidit in duas: ꝓmo facit hoc. 2°. remouet dubiuz ibi: Et in qbusdā. Dicit p°. ꝙ pulsus hiemis ē maioris tarditatis ꝛ raritatī ꝛ debilitatī. Dicit 2°. ꝙ cū hoc est paru⁹ ꝛ ꝓpter debilitatē virtutis quia virtus in hieme debilitaf. Et primū debet intelligi cōparādo ad pulsuz estatī. Mā nō videf cui alteri cōparet. s. cū dicit maioris tarditatis ꝛ raritatis ꝛ debilitatis. Ex quo i fero ꝙ in corpore debite recto ꝛ tpato virtus ē debilior in hieme q̄ in estate: ꝛ hoc intelligo ꝺ virtute inquantū est pulsatilis. Ista enim virtus plus in tpato debilitaf p frigiditatē aduenientē q̄ in estate per spūs resolutionez: in eo tamē virtus est fortificata respectu autūni. Et tu būc textū nō. ad būc effectū. Quod aūt ꝺ ꝙ est paru⁹ nō exprimif cōpa: ad estatē: sed ū sequif si virt⁹ debilior ꝛ necessitas minor.

Et in quibusdam.

Remouet dubiū: posset quis querē vtrum hoc sit in corporibus oibus ꝙ pulsus in hieme debilitef. Et rūt ꝙ nō quia in quibusdā corpibus accidit ꝙ eorum virtus etiā pulsatilis fortificatur ꝛ fūt illa quoz ꝛ°. est calida que refrenat frigus ꝛ nō patitur per ipsazita ut debilitetur sed ꝛ frigiditas in eis nō penetrat ad fundum. Ubi nō. fm Auic. corpora in quibus vitalis virtus vt pulsatilis fortificaf esse complexionis calide ōnantis supra tpamentū: ipsa aūt in hieme debilitat i respectu estatis. Istis aūt que hic ponit nō est intelligendū ꝙ frigus nō penetrat ad fundū quia nullo mō intelligendī eoz corda respectu eius qđ est alijs corporibus vt dixi ꝓma affozif. 14°. affozismo sz nō ita penetrat vt virtus debilitef pulsatilis. Mā corpora hec reducūtur magis ad nālitatē frigoris: ꝛ iō in istis in hieme pulsus nō est debilior sed fortior q̄ in estate.

In autumno est.

Hūc vocet ꝙ pulsus autūni est diuersus. ꝛ trabit ad quandā debilitatē. Et ipsius diuersitas est ꝓpter multitudinē cōuersionis accītalis nūc ad calorē nūc ad frigus: ꝛ ꝓpter eandem causam est pulsus debilis. Et rō est quia complexio diuersa semp efficit deteri⁹ nocumentum q̄ sibi ꝛ equalis q̄uis sit mala: ꝛ quia etiā autūnus est tēpus nature ꝛ vite cōtrariū qz in eo debilitaf calor ꝛ siccitas fit fortior q̄ sunt qualitates opposite principijs vite. Ubi nō. ꝙ diuersitas in autūno est ex permutatōe alterationis. nūc ad calorē nūc ad frig⁹ in qua ꝓmutatione natura diuersimode agitaf ad resistendum ipressionib⁹: ꝛ diuersificaf etiā necessitas ꝛ ideo pulsus fiūt diuersi. Mō. 2°. ꝙ hec diuersitas alterationū. Hūc ad caliditatē accidentalē nunc ad frigiditatē stat cū temperato

Mō. 3°. ꝙ mala cōplexio pōt intelligi duobus modis. vno mō ut distinguif cōtra malaz cōplexionē frigidā fixā vt loquif Gal. in libello de malitia cōplexionis diuerse. Et hoc mō mala cōplexio diuersa nō est deterior q̄ mala cōplexio equalis. 2°. mō dī mala cōplexio diuersa quia aggregata ex qualitatib⁹ cōtrarijs quaz vtraq̄ est ꝓeternaturā. Et mala cōplexio equalis est illa que est vni⁹ speciei. Et hoc modo loquif Auic. hic. Nam in autūno accidit ritur cōplexio accītalis mala que est aggregata ex calida ꝛ frigida cū matutina i eo sint valde frigida ꝛ vespertina valde calida. Ista ergo hoc mō diuersa alijs parib⁹ in quātitate pulsus est deterior. Nam magis debilitat virtutem ex nouitate contrarij sepe occurrentis. ꝛ quia virtuti difficilius est duobus contrarijs q̄ vni resistere: ꝛ licet per vnum istoz alterū ꝓ parte corrigaf: non tamē ita corrigitur ut corpus ad suam redeat naturalitatē sed solus accidentalis qualitas introducif. Mō. 4°. ꝙ autūnus est cōtrari⁹ calori innato ꝛ debilitat

UVA. BHSC. IyR_045_1

ipsum: quoniã partes diei frigide inuenientes
corpus cum poris apertis ⁊ aere i quo fuda
tur frigus existente subtili multũ imprimũt in
frigidando ⁊ extinguendo: sed partes diei ca/
lide postea fortiter dissoluũt. Jn vere aũt nul/
lam horum contingit: quia nec frigide inueni
untur partes ⁊ corporis pori ita aperti sunt:
nec calide multũ dissolluũt. Jn siccitate autez
autũnus addit ꝓpter aeris siccitatẽ ⁊ digestio
nis debilitatem.

Temporum uero pulsus.

Facit quod dictum est: ⁊ patet.

Regionum.

Ponit diuersitatẽ dispositionũ pulsus ex
parte regionũ. Et patet totũ vbi p regiones
autũnales debes intelligere illas in quib⁹ aer
est subtilis ⁊ que faciliter p vẽtos septẽriona
les conuertunt ad frig⁹ ⁊ p solẽ ad calidũ.

Exterius aduenieñ

e Hic Aui. determinat de pulsib⁹ p/
uenientib⁹ a cibo ⁊ potu. Et primo
ponit vnã diuisionẽ. 2°. declarat. ibi
2° Sed qualitate. Dicit primo ꝙ corpa ex/
terius aduenientia ⁊ nostrũ corpus ingrediẽ/
tia pulsum a sui quãtitate aut qualitate mutãt

Vbi nota ꝙ hic per exterius corpori adue
nientia non intelligit nisi illa que ab extrinse/
co venientia ipsum tamen intrant ita ꝙ in sui
substantiã conuertãt vel ad alteri⁹ conuerten/
dum delatationẽ adiuuãt ut sunt cibi ⁊ potus
Et ideo in isto capꝰlo de alijs ab extra occur/
rentib⁹ non prosequit nisi de cibo ⁊ potu. Jsta
autem mutãt aut quãtitate sui aggrauãdo aut
non aggrauãdo aut confortando aut nõ con/
fortãdo aut mutãt sui qualitate: intelligẽdo p
sui qualitatẽ tam qualitatẽ ꝑmã manifestã q̃z
occultã ꝓprietatẽ q̃z formã specificã. Et patz
ꝙ hoc mõ intelligẽdo nõ alijs modis pulsum
mutãt inquantũ sunt cib⁹ ⁊ potus.

Sed qualitatem.

Exequit ⁊ primo de primo mẽbro. 2°. ꝺ al/
tero. ibi 2° Et quantitate quidẽ. Dicit pri/
mo ꝙ sui qualitate mutãt pulsuz aut calefaciẽ
do aut infrigidando: ⁊ ideo ꝑm hoc mutabũt
pulsum ita ꝙ si fiat permutatio ad calidũ: tũc
dicemus sicut quando necessitas est augmẽta/
ta ⁊ quãdo infrigidãt sicut quãdo necessitas ẽ
diminuta. Et istoz regule sunt in ca°. de bis q̃
proueniũt ex causis contẽtiuis. Et p hec intel
lige siccitatẽ ⁊ humiditatẽ.

Et quantitate quidem.

Hic docet quõ a quantitate. Et primo quõ
fiat permutatio a cibo. 2°. a potu. ibi 2° Unuz.

Prima in tres: quia primo ostẽdit quid ac
cidit ex quãtitate tẽperata. 2°. quid ex quãtita
te augmentata. 3°. quid ex quãtitate diminuta.
ibi 2°. Et si plurime. ibi 3°. ꝙ si pauce. Be ꝑ
ma dicit ꝙ si ista exterius veniẽtia fuerit quãti
tatis equalis siue temperate fiet pulsus ex illo
maioz velociz ⁊ frequẽtioz. Et hoc ꝓpter au
gmentũ fortitudinis ⁊ ꝓpter augmentũ neces
sitatis: ⁊ hec mutatio durabit aliquãto tẽpore

Vbi primo dubitaꝯ vtrũ ex cibo quantita
tis tpate pueniat pulsus magni. Et arguiꝯ ꝙ
non quia ex cibo tẽperate quãtitatis virt⁹ ali/
quãtulũ grauaꝯ ergo pulsus paruificaꝯ Cõ
firmatur quia sumpto cibo motus calozis est
versus interioza ⁊ ad locũ cibi g̃ diastoles di/
minuitur. 3°. quia cibus est contrari⁹ cibato:
⁊ ideo aliqualiter alterãt ita ꝙ debilitat virtu
tem: ⁊ per consequẽs pulsus fit minoz. 4°.
quia cibus refrigerat: ut patet in capꝰlo de eo
quod comediꝯ ⁊ bibiꝯ: ⁊ ut sumiꝯ ex Arist. in
libzo de inspiratione ⁊ respiratõe: g̃ diminuiꝯ
necessitas: et iõ pulsus minoraꝯ. Prio istoz
solutione nõ. ꝙ in cibo tria tpa consideram⁹.
Principiũ ante digestionez cibi tẽpus in quo
cibus est digestus ⁊ tempus in quo cibus dis/
soluitur. Jn principio exhibito cibo tempe/
rate quãtitatis diastoles paruificaꝯ. Sed qñ
cibus digestus est ⁊ in corpus diffundiꝯ: tunc
magnificabiꝯ virt⁹ ⁊ pulsus ⁊ velocitas ⁊ fre/
quẽtia. Jn tpe aũt dissolutionis iterũ paruifi/
catur. Auicẽ. g̃ loquiꝯ hic de tpe 2°. qꝺ ẽ post
digestionẽ quo tpe generaꝯ ex eo ⁊ multipli
cantur spũs ⁊ crescit hoc mõ virtus ⁊ necessi
tas: ⁊ ideo pulsus fit magnus velox ⁊ frequẽs
respectu perceptiuũ tẽpoꝝ. Sed absolute dicẽ
do pulsus est tpatus quia corpus tunc est i dis
positione tpati optima Et tria argumẽta p
bant ꝙ in ꝑmo tpe pulsus est paruus ⁊ nõ de
2°. de quo Auic. intẽdit. Ad quartũ aũt dꝰ
ꝙ cibus calorẽ augmẽtat postq̃z est digestus ⁊
non infrigidat sed in principio refrigidat. Et
si nimie fuerit quãtitatis ifrigidat respectu ei⁹
quod facit tpatus qz nõ bene digeriꝯ. Nõ.
vlteri⁹ ꝙ hec mutatio est aliquãdiu qz aliquan
to tpe ⁊ notabili perseuerat.

Et si plurime.

Ostendit hic qꝺ ex multitudine cibi sequi
tur. Et dicit quatuor. Primũ ẽ ꝙ si cib⁹ pluri
me fuerit m̃titudis pulsus erit diuersus absq̃
ordine ꝓpter aggrauationẽ nutrimẽti sup̃ vir
tutem. Nam ex oĩ aggrauatione virtutis pue
nit in pulsu diuersitas. Dicit 2°. ꝙ archige/
nes estimauit ꝙ in hoc casu velocitas est mul
tomaioz q̃z spissitudo. Dicit 3°. ꝙ hec muta/
tio que est a plurima quãtitate est perseuerãs:

UVA. BHSC. IyR_045_1

quoniã causa eius est perseuerãs. Dicit 4.° ꝙ si cibus fuerit mult⁹ sed non valde plurim⁹ erit diuersus vel diuersitas ordinata. Circa primũ nota hanc diuersitatẽ esse ante digestionẽ dum est in stomacho: ⁊ post dũ est ĩ epate ⁊ venis. Nam virtus grauata diuersimode conatur: ⁊ ideo variat pulsus differentias. et hoc voluit cum dixit ꝙ ex omni aggrauatione prouenit in pulsu diuersitas. Circa dictum Archigenis nota ꝙ Auiceñ. nõ approbat nec reprobat: sed Gal. in introductorio respondit hoc dictũ in tribus. primo in debita assignatione pulsus cibi multi quia propria differẽtia quam facit cibus multus est diuersitas et archigenes hanc tacuit. 2.° reprehendit ipsũ de incõuenienti comparatione. Nam cõparauit velocitatẽ ad spissitudinẽ in qua cõparatione non attendit diuersitas sed in cõparatione velocitatis ad velocitatẽ: aut spissitudinis ad spissitudinẽ. 3.° quia non dixit vniuersal'r veruz. Nam cuz multoplus vigorat virtus ex cibo q̃z grauatur fiunt plures pulsus veloces q̃z spissi quando accidit contrariũ contingit vt fierent plures spissi q̃z veloces. Circa tertiũ dictũ nota ꝙ textus cõmunis nõ bene stat. Sed debet stare vt dicit exterior littera quoniã causa perseuerantie est fixa: ⁊ hoc modo est clarum.

Circa quartũ dictũ attende ꝙ virtus a quibusdam grauat ita vt diuersimode conet ⁊ cũ hoc non similẽ expectat dispositionẽ in 2.° conatu illi quem habuit in primo: vt quãdo plurimuz aggrauatur virtus: ⁊ tunc fit pulsus nõ tm̃ diuersus sed inordinatus: quandoqz autez causa grauans ⁊ si stimulet ad varios conatus tamen in variando conatus virtus expectet similem dispositionẽ priori: ⁊ hoc est quãdo virtus non est plurimũ aggrauata: ⁊ tũc fit diuersitas cũ ordine: ⁊ ideo quãtitas nõ valde pl'ima facit diuersitatẽ ordinatã ⁊c̃.

Quod si pauce.

Docet quid prouenit ex cibo pauce quantitatis. Et diuidit in duas. p̃.° qñ est aliquant⁹ cibus exhibit⁹ sed paru⁹. 2.° respondet iuditio meo tacite questioni. ibi 2.° Amplius si virt⁹.

Dicit primo ꝙ si cibus fuerit pauce quantitatis erit pulsus minoris diuersitatis ⁊ magnitudinis ⁊ velocitatis ⁊ eius mutatio non erit perseuerãs quia materia pauca cito digeritur

Sed tu dicẽs cõtra quãtitas mediocris nõ grauat virtutẽ ergo nec parua: g̃ ex illa non ꝓuenit pulsus diuersus: ⁊ sic nõ minoris diuersitatis. Sed vide ſm Gal. in ĩtroductorio pulsuum eedem differẽtie ſm gen⁹ acquirunt ex cibo pauco ⁊ ex tpato. s. magnitudo: velocitas: ⁊ spissitudo respectu precedẽtis dispositionis cui⁹ dicit corporis: verũ etiã pauco minor magnitudo velocitatis ⁊ spissitudo. Et ratio est quia min⁹ addit in necessitate cũ paucior sanguis ⁊ spũs generet ex eo in cibo: g̃ sumendo diuersificat pulsus ab eo qui pri⁹ fuit in hora inanitõis si pri⁹ fuerit tpatus cib⁹ in magnitudine ⁊ velocitate ⁊ spissitudine: ⁊ in eisdẽ differentijs diuersificat si pauce fuerit quantitatis cibus: sed min⁹ fit a precedente diuersus quia minus auget ⁊ velocitat ⁊ inspissat: ⁊ hoc voluit Auic̃. hic ꝙ est diuersitas minor non quia pulsus in suis partib⁹ sit diuersus: sed quia h̃ pulsus qui ex paruo cibo ꝓuenit minus in suis differentijs diuersificat a precedente pulsu. ⁊ ideo addit quasi expositiue qd̃ est minoris magnitudinis ⁊ velocitatis. s. pulsu proueniẽte a cibo quãtitatis mediocris. Causa aũt quare ista mutatio nõ est perseuerãs: est qr materia pauca cibo digerit: ⁊ ideo sanguis faciens caloris augmentũ cito in mẽbroꝝ substantiaz transmutat cũ est paucus: ⁊ cessat ei⁹ permutatio in pulsu.

Am plius si uirtus.

Hic loc⁹ ⁊ si a Dino extorqueat aliter introducendo. s. quid fit quando nihil dat videtur tñ mihi soluere duo dubia: vnũ est supposito ꝙ duo debilitent. vn⁹ ꝓpter cibi nimietatez vnde nõ digerit. ali⁹ ꝓpter cibi abstinẽtiã quõ se habebũt istoꝝ pulsus. Et rñt ꝙ in paruitate ⁊ raritate vsqz in fine rei. i. quousqz perseuerat debilitatio sũt similes qr vtrobiqz sũt parui ⁊ rari: sed tamẽ non sũt sil'es in diuersitate qr ex paucitate non fiũt diuersi. Secunduz dubiũ vtrũ conti.e perseuerãdo remaneãt ĩ h⁹ similes. Et respondit ꝙ non. Nam si natura fiet fortis in digerendo illo quod erat multuz pulsus fiet temperat⁹. i. redibit versus temperamentũ: sed in illo q non sũpsit non erit hic reditus cum ibi non sit quod digerat ⁊ vñ ad virtutem redeat.

Et nimium etiam.

Hic ostendit quales diuersitates ex potib⁹ contingũt. ⁊ primo quales ex potu vini. 2.° aq̃. 2.° ibi in fine capl'i: Aqua v̄o. Prima in tres. p̃mo ostendit quales proueniũt pulsus ex vino rõne sue quãtitatis. cõparatiõe ad alia. 2.° ratione sue qualitatis. 3.° rõne sue ꝓprietatis. 2.° ibi: Cũ aũt vinũ actu. 3.° ibi: Cũ aũt ipsum.

In prima parte dicit ꝙ vinũ habet ꝓprietatem. i. habet aliqd distinctũ ab alijs nutriẽtib⁹ operari: ⁊ est hoc rõne quantitatis qm̃ qñ assumit plurime quãtitatis facit diuersitatem in pulsu. Sed hec diuersitas minus durat q̃z

UVA. BHSC. IyR_045_1

ex equali quantitate alteri⁹ nutrientis: ⁊ hoc
ꝯ ꝓpter raritatem vini et ꝓpter subtilitatē: et
q̄ ē leue sup naturā nr̄az vbi per raritatē itel
ligimus qꝫ faciliter diuidit in paruas partes
Per lenitatē intelligim⁹ qꝫ nō habet multuz
resistere calori ipsuz dissoluēti nec multū ꝑter
naturales dispositiones inducere. Nā habitu
do vini est ad calorē humanū ad faciliter pati
endum ab eo.

Cum autem uinum.

Docet que prouenīūt ex vino rōe sue quali
tatis. Et primo de dispositionib⁹ pulsus. 2°. de
alijs incidentur. ibi 2°. Quod si cum. Dicit
primo duo. primū est ꝙ quando vinū est actu
frigidū prouenit in pulsu varietates que pue
nii ex alijs frigidis. s. minoratio ⁊ tardatio pul
sus ⁊ rarificatio: ⁊ hoc ꝓpter velocitatē sue pe
netrationis in corpus: sed tamen hec mutatio
parū durat ⁊ velociter remouet cum vinuz in
corpore calefit veloci⁹ qꝫ alia. Dicit 2°. ꝙ si
vinū penetret tarde nō multū elongabit eius
calefactio a nā. i. ab innato calore. i. calor ab eo
prouenies nō multū ledit calorē innatū in suis
operationib⁹: ⁊ cuz hoc cito dispartit ⁊ vapor
eius a corpore pellit. Nam est passibile id qꝫ
ex vino fit facile tam in expulsione qꝫ in dige
stione: ⁊ ideo paz durat ei⁹ mutatio.

Quod si cum fuerit.

Docet alias dispositiones a differētijs pul
sus prouenētes a vino rōne sue qualitatis. et
dicit tria ꝙ vinū dū penetrauerit frigidū actu
in corpore facit nocumētū quod nō fit ex alijs
frigidis rebus. Et ratio quia alie tardant in
stomacho anteqꝫ penetrēt donec calefiāt ex ea
rum penetratio non est ita velox sicut penetra
tio vini. Nam istud velocius penetrat qꝫ ipsi⁹
compleat calefactio ⁊ eius impedimentū ē tūc
magnū quia obuiat frigidū actu sanguini ⁊ spi
ritui ⁊ alijs humorib⁹ existentib⁹ in venis: vñ
illi condensant ⁊ fiūt oppilatiōes. Dicit 2°.
ꝙ hoc impedimentū est precipue magnū in eo
rum corporib⁹ qui sunt parati horripilatōi: vel
ꝑm aliā litterā oppillationi. Dicit 3°. ꝙ eius
impedimentū nō est sicut impedimentū calefa
ctionis cum vinū penetrat calidū: imo supple
est maius. Et ratio est quia vinū calidū ꝑ sui
caliditatē in principio nō magnū facit impedi
mentū: ⁊ postea nā sibi cito cum participatōe
obuiat ⁊ distributione ⁊ resolutione: sed vinū
frigidū quandoqꝫ facit deficere naturā ⁊ exti
guit eius virtutē anteqꝫ veniat ad ꝑticipatōez
⁊ distributionē ⁊ resolutionē ipsi⁹. Subdit
tuā epilogū ꝙ hoc est quod ꝓuenit ex vino sui
multitudine ⁊ sui caliditate ⁊ sui frigiditate.

Primū dictū est notū si intelligas ꝓuenire ex
potu vini frigiditatē fortē: spirituū ⁊ sanguis
⁊ humoꝝ coagulationē ex hoc ꝙ penetrat fri
gidū. Nam ꝓpter eius familiaritatē attrahit
ad venas ante digestionē ⁊ calefactionez ⁊ re
liqua nō ⁊ ita frigidū occurrit humorib⁹ ⁊ spi
ritibus in venis contētis quod non contingit
de alijs cibis ⁊ potib⁹. Et ideo cauendū ē fri
gidum valde vinū ieiunio stomacho: ideo etiā
volentes refrigerare venas cum potu: damus
potū permixtū multe aque hec vina magis pe
netratiua actu frigida magis nocēt. Circa
secundū nota ꝙ corpora apta horripilatiōi sūt
corpora multi sensus in quib⁹ sunt superfluita
tes acute. ⁊ in istis quia per vinū percutiunt
nerui ⁊ cōmouent superfluitates sup eis: ideo
magis horripilant. Si autem dicat oppilatio
nem res est clarior quia ꝓpter infrigidationē
ingrossant humores in vijs ⁊ addūt inoppila
tionem. Tertiū autem dictū supra declara
tum est: ideo illud ꝑ nunc transeo.

Cum autem.

Nunc docet qd in pulsu accidit merito sue
proprietatis passiue. s. quam habet ex qua est
aptum in spiritū in corpore hois cōuerti cibo
Et diuidit in duas partes. primo ostēdit qua
liter varie se habet in faciendo virtutē. 2°. quō
diuersimode variat pulsū. 2°. ibi: Ipsum ergo
Prima in quatuor. Nam primo ostendit quō
vinum se habet in faciendo fortitudinē merito
istius ꝓprietatis. 2°. incidētaliter ostēdit quō
vinum varie facit fortitudinē calefaciēdo aut
infrigidando. 3°. ostēdit differentiā inter hūc
secundū modū ⁊ primū. 4°. ostendit ꝙ vinuz
ex varietate cōplexionū cōsiderata qualitate
⁊ ꝓprietate: diuerso mō facit fortitudinē in di
uersis hoibus. ibi 2°. Sz licet calefactio. ibi 3°.
Non tamen est sermo. ibi 4°. Quod si vinum

Be prima parte dicit ꝙ considerando vinū
ex parte qua facit fortitudinē. i. ex pte sue apti
tudinis merito ꝓprietatis ad fortificandū cor
pora humana habet hec iudicia: primū ꝙ ipsū
sui essentia. i. ꝓprietate sanos facit fortes. Et
cā est quia in substātia spūs efficit augmentuz
velociter quia cito in spiritū conuertit in cor
poribus sanis ⁊ intelligit temperate sumptuz
In egris aūt hoc fortassis non facit vt in cau
sonide in quo ad malā colerā conuertit. Sed
insanis inculpate nullus est ita calidus aut fri
gidus in quo merito ꝓprietatis cōmuniter cur
rentis inter hominē ⁊ vinū nō fit vinū addē
aptū in fortitudine quia in spm̄ cito conuertit
Et dixi notanter merito ꝓprietatis cōmunit
currentis inter vinū ⁊ hominē quia merito ꝑ

UVA. BHSC. IyR_045_1

ꝓtietatis singularis non icõuenit qvinũ sit alicui venenũ: sicut videm⁹ quosdã dicere se vehementissime ledi ꝛ ipsum abhoiari.

Et licet calefactio.

Facit quod dictũ est dicẽs ꝙ licet calefactio vini ꝛ infrigidatio vini plurima corpora impediunt tamen etiã aliqua iuuat calefactio sua: ꝛ aliqua iuuat infrigidatio sua: ꝛ aliqua impedit sicut dicit Gal. ꝙ res frigide eos fortificãt qui cõplexionẽ calidã habent ut vinũ granatorum semp fortes facit ꝛ aqua mellis semper fortes efficit infrigidatos. Et ideo vinũ ex parte qua calefacit naturaliter aut infrigidat quosdam fortificat ꝛ quosdã debilitat. Et ego puto Auic. velle ꝙ quedã sunt vina naturaliter calida ꝛ quedã frigida. Et licet differãt in complexione conueniũt tamẽ in hoc ꝙ in spiritus faciliter conuertunt. Et ideo aliqã merito cõplexionis vinũ fortificat tpando cõplexionem corporis aliqñ debilitat addendo in lapsum.

Non tamen.

Facit quod dictũ est dicens ꝙ in precedẽti parte cum diximus ꝙ vinus oẽs sanos fortes facit nõ habuit sermonẽ de hoc mõ fortitudinis quia est merito cõplexionis: imo loquit de eo quod prouenit ex eo rõne fortitudinis sue passiue. s. per quã velociter cõuertit in spiritũ que virtus sequit ipsum per suam essentiã.

Quod si unum.

Facit quod dictũ est dicẽs ꝙ si vnũ istorum duoꝝ inuenerit vinũ in fortificãdo: tũc magis fortificabit: ꝛ si impediuerit minus fortificabit tantũ quantũ cõplexio impedit ꝛc.

Ipsum igitur pulsum conuertet.

Nunc ut predicit redit ad ostẽdendũ quõ vinum variat pulsum. Et dicit ꝙ vinũ conuertit pulsum ꝫm hoc quod dictũ est quia si facit fortitudinẽ virtutis augebit in pulsu fortitudinem: ꝛ si calefacit efficit augmentũ in necessitate ꝛ per ꝙs facit differẽtias ꝓportionatas augmẽtate necessitati ꝛ si infrigidabit diminuet necessitatẽ. Et ꝫm plurimũ addit in fortitudinem: quia in spiritũ conuertit plus ex hoc iuuando vt plimũ q̃ debilitãdo qualitate Ultimo dicit ꝙ nunq̃ efficit augmentũ in necessitate quin addat in velocitate ꝛ reliqua sũt clara. Sed hoc est ambiguũ apud dicẽtes ꝙ augmẽtata necessitate ꝓmo acquirit magnitudo ꝛ ideo dicũt litterã esse corruptã ꝛ debere dicere: ut dicit extrinseca que dicit: ꝛ nõ i omni dispositiõe addit in necessitate. Sed apud Jacobum ꝛ modum meum textus non facit difficultatem.

Aqua vero.

Docet quid ex aque potu sequit ꝛ intelligitur qñ sumit cũ cibo uel boza digestionis cibi qñ dr ꝙ est potus delatiu⁹: cũ autẽ ꝑ se sumit nõ facit hoc. Reliqua patent.

De pulsu somni ꝛ vigiliarũ.

Pulsus quidem.

p Auic. in hoc ca°. determinat ð differentijs pulsus prouenientib⁹ ex somno ꝛ vigilijs. Et diuidit in duas partes. ꝓmo determinat ea que ex somno prouenit. 2°. ex vigilia. ibi 2°. Vigilie. Prima in duas. ꝓmo enumerat ea in somno ex quorum parte fit pulsuũ diuersitas. 2°. determinat ð varietatibus. ibi 2°. Pulsus igitur in principio.

Dicit primo ꝙ pulsus diuersificat in sõno aut ꝫm bozã sõni: aut ꝫm digestionis dispões.

Ubi considera ꝙ in cibo cõsiderauit alterationẽ pulsus ab eo prouenientẽ rõne quabus: ꝛ ideo postq̃ est digestus non fuit oportunum ꝙ distingueret in eo pulsuũ diuersitatem ꝫm dispositionẽ digestionis. In somno aũt qz plurimũ fit somn⁹ post comestionẽ ꝛ i ipso maxima perficit digestio: ideo Auic. considerauit permutationẽ pulsus ꝫm dispõnẽs digõis.

Pulsus igitur.

Nunc determinat de differentijs pulsuum ꝓtingẽtiũ ex sõno: Et diuidit i quatuor ptes primo ostẽdit quales pulsus sunt in principio somni. 2°. quales post cõplementũ digestionis. 3°. qñ somnus est superflu⁹. 4°. qñ somnus incipit cũ vacuitate ꝛ carentia nutrimẽti digerẽdi ibi 2°. Cũ aũt cib⁹. ibi 3°. Deide qñ. ibi 4°. Cũ aũt somnus. ꝓma in duas. Primo docet qualis est pulsus in magnitudine ꝛ fortitudine. 2° in raritate ꝛ tarditate. ibi 2°. Et pulsus etiã.

De prima parte dicit ꝙ in principio somni pulsus est paruus ꝛ debilis. Et causa est quia tunc calor totus tendit ad occultũ corporis ꝛ motus eius est ad constringendũ ꝛ submergẽdum ꝛ nõ ad dilatandũ ꝛ manifestandũ: quia aia mouet calorẽ totũ in illa bora ad digerendum nutriens ꝛ maturandũ superfluitates: et ideo calor ꝙ tunc est debilitatus ꝛ virtus quia calor est sicut superatus ꝛ obsessus pculdubio

Nõ. ꝓmo ex hoc textu ꝙ in tpe somni calorис motus in principio est ad submergendũ ꝛ constringendũ ipsum ꝛ nõ ad dilatandũ: et ideo pulsus est paruus quia natura nõ conat dilatare arteriã hoc tpe: Ex quo patet ꝙ non semper ꝫm exigentiã necessitatis cuẽtandi instrumento obediente fiunt pulsus differẽtie ut sepe superius dictũ est. Causa aũt quare calor tunc ad interiora mouet ꝛ ad loca digestionis queraf in his que dixi super 2°. particula assq

UVA. BHSC. IyR_045_1

rismorū affozismō ꝑmo. Nō. 2.° ꝙ cū calor est retractus ad interiora ad locū digestionis cōsumpsit vapores qui a cibo eleuant humidi ꝛ quodāmodo aquei spiritui cōmiscēnt: ꝛ ideo ē calor ipse oppressus ꝛ submersus ꝛ debilitatus quoniaꝫ digerat sicut accidit quo igni submultis lignis viridib⁹: ꝛ ideo virtus est debilis et est 2.° cā debilitatis pulsus.

Et pulsus etiam.

Hic ostendit quomodo se habz pulsus quo ad raritatē ꝛ tarditatē. Et vult breuiter ꝙ pulsus est tardus ꝛ rarus. Et rō est quia necessitas est diminuta in principio somni. Cui⁹ etiā causa est quia in principio somni calor fortificatur per vnionē in interiorib⁹ ꝛ in vigilia fortificatur per motū. mō fortificatio que est per motū est maior q̄ illa que est per retractionez ad interiora. Signū autē ꝙ motus plus facit augmentum caloris q̄ retractio ad interiora ꝛ vnitio est quia banelitus fatigati alicuius et lassi est velocior ꝛ spissior q̄ banelitus illius q̄ est submersus in aqua frigida. Et ideo nulle res de illis cōmuniter corpozib⁹ sanis occurrunt que magis faciūt calorē q̄ motus ꝛ quia vigilie faciūt calorē nō solū per motū corpozis sed ad motū spūs ad extra tendentis cōtinue cum hic motus sit generatio. i. causa eius. s. vigilie cōstat ꝙ magis intendit calor in vigilia q̄ in somno alijs paribꝫ: ꝛ ideo in somno est minor necessitas quare pulsus tardat ꝛ rarificatur. Circa istam partez ꝑmo nō. ꝙ ratio Auic. ad probandū ꝙ pulsus est tardior ꝛ rarior fundatur super isto ꝙ necessitas tūc est minor. Et rō ad ꝓbandū ꝙ necessitas est minor in somno q̄ in vigilia fundat super hoc ꝙ motus facit plus ad augmentū necessitatis q̄ cōstrictio: ꝛ ideo in vigilia in qua est mot⁹ necessitas est maior q̄ tēpore somni quoniā calor intenditur ꝓpter constrictionē. Et signū ꝙ motus plus auget necessitatē q̄ cōstrictio est: qz banelitus lassi ꝛ laborantis est velocior q̄ banelitus submersi in aqua. Et si dicat ꝙ in vigilia corpus quādoqꝫ quiescit. Hic dicit ꝙ sp in vigilia est motus spūs ad exteriora cum ꝓtalem motū teneat vigilia: ꝛ ille spirituū mot⁹ sufficit ad intensionē caloris de quo sermo ē. Et ex superhabundāti dī ꝙ nihil est qd̄ auget calorem sicut motus ꝛ labor: ꝛ intelligo bn̄ q̄ nō vniuersaliter. Nam ignis magis calefacit q̄ motus: sed intelligo de his que corporib⁹ in ꝓpria sanitate manētib⁹ aut ad sanitatis conseruationē sunt administrāda. Sed contra id qd̄ hic dicit de pulsu somni est Gal. in cōmento pulsuū cum dixit de pulsu dormientiuz in ꝓncipio. Hic aūt est non tardus simplicit sed fm alterā partē motuū tardus totus aūt non magis tardus q̄ citus Dicendū ꝙ hic Auic. loquit ut Gal. in introductorio pulsuū ad illos qui nō cognoscūt sistolē ꝛ iudicādo ō pulsu rōne diastoles tm̄. hic dixit vnde etiā sic ibi dixit Gal. Sed Gal. in cōmento pulsuum dicit ꝙ apud instructos pulsus' ꝓncipij sōni nec est absolute velox nec absolute tardus: sz tardus ꝛ rarus fm diastolē: sed sistolē ō contrario modo. Tu aūt habe mēti illud cōmentū quia multa sunt in eo vtilia. Nō. etiā ex hoc loco ꝙ in sōno nō siūt interiora graduali⁹ calidiora: cuius oppositū multū dicūt.

Cum autem cibus.

Modo ostendit qualis est pulsus in sōno post digestionē cibi. Et dicit ꝓmo ꝙ hac hora pulsus redit ꝛ fit fortior supple q̄ in ꝓncipio somni. Et causa est duplex. vna quia virt⁹ fortificatur a cibo quādo cibus est digestus et in sanguinē conuersus. Et 2.° causa est quia illud quod in ꝓncipio somni descenderat ad profundū ad regendū nutriēs. i. cibū ꝛ ad suum ꝓncipiū. s. ad cor redit ad exteriora. Et hic est vnus modus exponēdi illū textū uel aliter Illud quod descenderat ad profundū ad regendum nutriens. i. cibum redit ad exteriora ꝛ redit ad suū ꝓncipiū finale quia ad mēbra nutriēda ꝓ quo magis finaliter est fact⁹ spiritus naturalis q̄ ꝑ digerēdo. Dicit 2.° ꝙ ꝑ ptes istas causas pulsus magnificat multū et magnificat ꝓpter aliam causam etiam ꝛ est quia illa hora augetur caliditas ꝓpter cibū ut est dictum supra capitulo de eo quod comeditur ꝛ bibitur ꝛ etiam augetur leuitas ꝛ obedientia instrumenti ꝓpter illud quod ad arteriā de nutrimēto venit. Dicit 3.° ꝙ tū ꝓ tūc nō auget velocitatē licet augeat magnitudinem. Nec auget spissitudinē. ꝛ rō est qz hoc augmentū caloris nō est illud augmentū qd̄ i necessitate ꝑbet augmentū supple tm̄ ut oportet addere velocitatē ꝛ spissitudinē ꝛ in illo ñ est aliquid quod ꝓhibeat per solam additionez magnitudinis restaurari illud quod oportet de refrigerio. Et ratio quia cum augmēto necessitatis augetur virtus ꝛ instrumēti obedientia. Et hoc totum oportet experientia notum esse ꝙ. s. sola magnitudo addit ꝛ non velocitat aut spissitudo Ubi nō. ex textu i quadam parte somni esse redditū spirituū ab interioribus ad exteriora ꝛ a principali ad seruiētia. Et ideo diffinitio Auic. somni posita 3.° ꝓmi nō est sufficiēs nisi intelligat: ut dixi 2.° affozismoꝝ affozismo ꝑmo ꝛ 2.°

UVA. BHSC. IyR_045_1

Deinde quando.

Ostendit quid fit qñ somn⁹ supfluit post digestiouē. Et dicit ꝙ in hoc casu fiet pulsus debilis quia virtus debilitat ⁊ opprimit calor a superfluitatib⁹ que sunt euacuande in vigilia ſm diuersos modos euacuationū ex quib⁹ est euacuatio facta per exercitiū ⁊ alie euacuationes que non sentiunt p actionē caloris dissoluentis frigide: ⁊ tu hic intellige maiorē fieri i sensibilē resolutionē in vigilia q̄ꝫ in somno: et vide quō cum hoc stat ꝙ in sōno auget sudor ex his que dixi 3°. tegni.

Cum autem somnum.

Docet quid prouenit ex somno facto super vacuitate ita vt nō sint in corpore nutrimenta in sanguinē conuertēda. Et dicit ꝙ pulsus minorat tardat ⁊ debilitat ⁊ rarificat. Et quāto magis procedit tanto in istis differētijs fit magis augmentū: ⁊ hoc est quia continue declinabit ad partē infrigidationis.

Vigilie etiam.

Hic Auic. agit de differētijs pulsus ꝓuenientibus ex vigelia. ⁊ diuidit in duas partes. Docet primo quales sunt cū euigilat nāliter. 2°. quando euigilat violenter. ibi 2ª. Sed subita. Dicit p̄mo ꝙ vigilie etiā habēt diuersa iudicia. Nam quando dormiēs euigilat a natura tunc pulsus ꝓcedit ad magnitudinē ⁊ velocitatē ordinate. Et causa est quia intendit in vigilia vt supra dictū est. Erit aūt ordinat⁹ ꝓcessus quia paulatim calor intendit.

Sed subita.

Facit quod dictū est dicens ꝙ in euigilato ab aliqua causa subito occurrēte accidit vt pl̄sus quiescat. i. accidit ꝙ pulsus cadat ⁊ nō moueatur tpe quo expectat motus: ⁊ hoc est propter terrore quē facit causa excitās. Nā timorem sequitur subita retractio caloris ad intra ⁊ ideo nimiꝝ si fit expansionis ꝓhibitio: ⁊ iō quia grauat virtus diuersimode ab humorib⁹ petentib⁹ cor fit pulsus diuersus: hoc tamē nō diu durat quia causa licet sit fortis apparent tamen nō diu durat: ⁊ ideo cito accidens aūt cessat cognita destructione eius quod est cito.

Nō. tamē hic illū textū qui dicit: Et quia motus est similis violento ideo nō inflāmat. Nam quidā intelligūt ꝙ quia motus iste est similis violēto in trahēdo spm̄ ad interiora ꝓpter aggrauationē: ideo non inflāmat anteq̄ꝫ velocitet: imo fit velocitas sine necessitate caliditatis multe. Alij dicūt textū debere stare vt iacet in littera exteriori que dicit: ⁊ quia mot⁹ ē silis violento ⁊ morat etiam. Et tunc ē reddere causam quare etiā post excitationem aliquantulū manet hec diuersitas.

De pulsu exercitij.

In principio qui.

i Determinat de pulsu prouenientē ab exercitio. Et diuiditur in tres partes. p̄mo ostendit quales fiunt in principio quousq̄ꝫ fit moderatū. 2°. qñ superflue incipit aut lōgitudiue aut intēsione. 3°. qñ valde multū superfluit. ibi 2°. Qd si perseuerauerit. ibi 3ª. Postea velocitas Dicit p̄mo ꝙ in principio exercitij quousq̄ꝫ est tpatū pulsus est magnus: velox ⁊ frequens: quia cū constātia virtutis auget necessitas. Et hec pars facit pro opinione mea de corde calidiori De parte 2ª. dicit ꝙ si supfluit aut fuerit nimis forte q̄ꝫuis breue fit pulsus debilis ⁊ paruus propter resolutionē caloris inati. Etiaꝫ fit velox ⁊ frequēs ꝓpter duas causas: p̄ma est augmētum necessitatis. 2ª. quia virtus deficit a magnitudine ſm exigentiā necessitatis. De 3ª. parte dicit ꝙ postea minuitur velocitas magis debilitata virtute: postea ad vltimū debilitata virtute fiet formicans propter vehementē spissitudinem. Et plus debilitata fit vermicularis. et cum ad mortē ducit facit tardū ⁊ rarum sicut alia resoluentia. Ubi considera Auic. hic sumpsisse formicantē pro maiori q̄ꝫ sit vermicularis: lꝫ opposito mō supra dixerit aut oꝫ dicē ꝙ lr̄a est trāslata. Et reliqua sunt clara.

De pulsu balneatorum.

Alneatio erit cum

b Modo loquit de pulsu balneatorū. Et p̄mo ponit distinctionē 2°. de vtroq̄ꝫ mēbro prosequit ibi. Si aūt. Prima pars de se patet.

Si autem.

Exequitur ⁊ primo d̄ balneatis in aqua calida nō numerali. 2°. in aqua frigida. 3°. in aqs mineralib⁹ siue i terinis. ibi 2ª. Sꝫ balneatiōis ibi 3ª. Ex aquis. Prima in duas. Primo ſm veritatē. 2°. ponit dictū Gal. cū limitatiōe. ibi 2ª. Gal. quoq̄ꝫ. De prima parte patet totū.

De 2ª. parte ipse dicit ꝙ Gal. dixit ex balneo superflue debilitante fit pulsus paru⁹: tardus ⁊ rarus. Et subdit limitando Gal. dictū ꝙ si aqua calida penetrat per poros in corp⁹ fortassis caliditas accidentalis aque non durabit vt post exitum a balneo: sed aqua redibit ad propriā naturā quia fiet frigida. Aliqñ aūt caliditas accidentalis durat ut quādo in tali aqua calida remanent. Si g̊ ista accñtalis

UVA. BHSC. IyR_045_1

qualitas que est caliditas remanet: tunc erūt pulsus veloces ⁊ frequentes nisi ad summū vl' prope summū debilitatis veniat ⁊ hoc ꝑpt aut gmentū necessitatis. Si aūt caliditas ad frigi ditatē mutet tūc verificat dictū Galieni.

Sed balneationis

Facit quod dictuz est ⁊ dicit ꝙ si ex balnea tione cuz aqua frigida frigus penetrauerit ad interiora fiet pulsus debilis: paruus: tardus ⁊ rarus. Sed si frigus nō penetrauerit: imo ex eo calor readunet tūc augmentabit in pulsu fortitudo ⁊ crescet paz in magnitudine ⁊ dimi nuet velocitas ⁊ spissitudo. Et hic loc' vide tur expresse cōtra dicentē ꝙ ex omni augmēto necessitatis fit pulsus simul magnus velox et frequēs constante virtute ⁊ instrumēto obedi ente sed ipse intelligit ꝙ crescit paz ⁊ diminui tur velocitas ⁊ spissitudo. i. nō taz sensibiliter crescit velocitas ⁊ spissitudo vel nō tm ꝑpor tionabiliter ⁊ hoc est textuz tozquere Pre terea penes ipsum querendū est quare plus ꝑ portionabiliter crescat magnitudo q̄z alie dif ferentie: ⁊ nō pōt ꝑm suā viaz dicere. Ego autē dico aquā humectare: ⁊ ideo istrumentū magis obedire. Dico 2ᵒ ꝙ ꝑpter sensatum frigus virtutē conari ad emittendū extra spi ritum: ⁊ ideo magnificari pulsum plus q̄z ne cessitati cozrespondeat. ⁊ ideo rarificari ⁊ tar dari. Ex aquis vo patet quid dicat quia aque salsuree ⁊ alūinose exiccādo indurāt arteriā.

De pulsu pregnantiū Rubrica.

Ecessitas est i eis

Hoc est capm de pulsu pregnan tiū. Et dicit ꝙ in pregnātib' ē ne cessitas multa ꝑpter cōitatez filij ⁊ attractionē aeris qz ipse attrabūt quasi dua bus attractionib'. i. quasi ꝑ duob' cozporib' ꝑ se ⁊ ple. Nam ples in vtero non euentat nisi per arteriā que est in vmbilico: ⁊ ad arterias matricis terminat. Dicit 2ᵒ ꝙ virtus i eis nō fortificat nec multū debilitat nisi quantuz debilitat ex labore in portādo onus pueri: et ideo iudiciū pulsus est iudiciū necessitatis fortis ⁊ mediocris fortitudinis: ⁊ ideo est magn' velox ⁊ frequens.

De pulsu doloris.

Olor mutat pul

Hic determinat de pulsu doloris Et cōsidera ꝙ nō cōnumerat do lorem inter alie accidētia: sed bñ distinctiā quia dolor aut est qualitas sensibilis: aut passio in organo exterioris sensus. Et pri mo dat modos quibus dolor mutat pulsū. 2ᵒ exequitur de permutatiōe que fit ab eo ꝑm tē pus durandi. ibi 2ᵒ Et dolor quidē. Dicit primo ꝙ dolor mutat pulsum aut ꝑpter sui for titudinē: aut quia dolor est ī mēbro nobili aut ꝑpter longā suā morā. Nō. ꝑ primo ꝙ do lor est accidēs nature contrariū siue ponatur sensatio siue qualitas sensibilis ꝑpter qđ acci dens in quocūq; mēbro fuerit dum fuerit for tis terret virtus ⁊ agitat ⁊ cōmouet spirituz ad locum doloris: vnde sequit inflāmatio spi ritus: ⁊ sequit virtutis debilitatio: ⁊ hoc pro pter maxime cū dolor est fortis: aut cuz dolor multū durat aut dum est in mēbro principali aut nobili. Nam ex eque intēso dolore in ore stomaci aut capite multotiens magis agitatur per viaz cōmunitatis spirit' q̄z in pede aut ma nu primo igit dolor permutat pulsum: quia ꝑ ipm virtus incitat ad velociter mouendum spiritū ⁊ multū. Et ideo ad faciendū pulsum magnū ⁊ velocē esto ꝙ non fiat in virtute aut necessitate permutatio 2ᵒ quia ꝑmutat virtutis fortitudine cū sit de maxime, ꝓsternētib' virtu tem cuius debilitatē auget intendēdo calorez ꝑpter spūs agitationē 2ᵒ patet qualiter mu tat qñ est fortis: ⁊ aliter qñ est debilis: ⁊ aliter cū est in ꝑncipali mēbro ⁊ nobili: ⁊ alit ignō bili: ⁊ aliter qñ durat: ⁊ aliter qñ nō durat. et hoc scd̄m intendit Auic. in loco isto.

Et dolor quidem.

Nūc exeqt de illo mō vltiꝰ ꝑmutādi relin quēs differētiā alioz modoz tanq̄z notificalez ꝑ hāc. Nā ꝑm' ꝙ est in nobiliori magis agitat ⁊ ꝑm ꝙ ē intēsior etiā magis agitat vñ seqt ma ior virtutis debilitaꝰ ⁊ maior neccitas: ⁊ iō ꝑm istoz incessū variat pulsus sicut dicet de dura bilitate. Diuidit āt pars ista in tres. ꝑmo ostē dit qd facit qñ ē in prinꝰ 2ᵒ qñ magis ꝓcedit. 3ᵒ qñ est in vltimo debilitatꝭ virtutis ibi 2ᵒ Cūq; dolor. ibi 3ᵒ et si augmētat' Be ꝑma pte di cit ꝙ dolor in sui prinꝰ facit pulsū magnū ⁊ ve locē ⁊ frequentē. ⁊ rō est qz facit virtuē ebuli re ⁊ feruere eā tanq̄z stimul' ad hoc ut nitat re sistere ⁊ refrenare causam doloris: ⁊ hoc cum motu spiritus: ⁊ ideo facit spiritū moueri velo citer multū ⁊ frequenter. Sed dubium est vtrum dolor in principio facit pulsum fortem. Quod sic est mens Gal'. in introductorio pul suum dicentis ad litterā: Paruus quidem ad huc existens ⁊ incipiens maiorē et vehemen tiorē ⁊ velociorem ⁊ spissiorē pulsuz operat.

In oppositum quia pulsus fortior est tēpe rati sed dolens nō est tēperatus ꝑ ⁊ cē. Pre terea fortitudo pulsus seqt fortitudinē virtuꝭ ⁊ fortituꝰ virtuꝭ tpamētū cōplexiōis ꝑ pulsus est fortior in tpato sine dolore q̄z cum per do/

UVA. BHSC. IyR_045_1

lozem stimulatur. Hic dicitur q duplicit dicitur pulsus fortis. vno modo simpliciter t p seueráter: t hoc modo solius tẽperati est fortissimus. Alio mõ fm quid t hoc mõ est qñq pulsus fortis indistẽperato. Et tu būc locum nota ppter illa que dicta sunt supra in capl'o d pulsu qui est nãlis. Pulsus g dolozis in principio est fortis ppter magnũ virtutis conatuz ut sumit a Gal'. in cõmento pulsuũ t est fortũ. 2°. mõ hoc sufficit Gal'. sed non simpliciter t p seueranter. Mõ. tamẽ vlteri' qd dicit i litera: Quoniã fixio magnitudinẽ facit t velocitatẽ: ibi enim fixio sumit p conatu: t est sensus q conatus magn' virtutis ad cito resistẽdum cause facienti dolozem est causa velocitatis t magnitudinis: esto etiam q nõ cresceret necessitas.

Cunq; dolor.

Ista pars patet ppterea q virtus debilitatur remanente necessitate

Et si augmentatus.

Patet etiam hec pars quia ad vltimũ dissoluta virtute hoc accidit.

De pulsibus apostematum.

Dopstematũ alia

a In isto capl'o determinat de pulsibus apostematũ. Et nõ. q nõ logtur de pulsibus alioz mozbozũ aut ppter causam dictã in capl'o pmo a me in vno dubio aut quia sufficit qd hic dicit cum apostemata omne genus mozbi includãt. Diuidit autẽ presens capl'm in duas partes. nã p/mo ponit duas distinctiões apostematis ad p positũ vtiles. 2°. ostendit quõ ex apostematib' mutantib' pulsum proueniũt varie pulsuũ differentie. ibi 2ª. Quod vo per sui speciẽ. De prima parte dicit pmo q apostematũ quedam sunt que faciũt febres: t quedã nõ. Pria mutant pulsum mutatione que est ppria febri: de qua dicet in pma quarti. Sed 2°. mutãt per essentiã pulsum in mẽbzo in quo sunt t cõtingit q mutant pulsum in toto rõne alicui' accñtũ q ipsa cõitat: sicut verbi gra dolor. Circa hoc tñ addit q apata faciẽtia febrẽ aut faciũt illaz ppter sui magnitudinẽ aut ppter mẽbzis nobilitatẽ in quo sunt. Mõ. g q apata faciunt qñq se. effimerã ut qñ nõ trãsmittit ad coz ex apate aliqua putreda fuligo sed solũ spũs ad locũ apatis veniẽs t ibi calefact' rediens ad coz ipsum calefacit: qñq aũt ab apate coitat fumus putrid' cozdi: t fm istoz varietatẽ fiũt pulsus varij sicut varij sunt pulsus effimere febzis t putride. Et ideo dixit q mutant pulsuz fm mutationẽ febzi ppriã. Mõ. 2°. q ꝯ apa essz in mẽbzo nobili: t magnũ tñ nõ oportet q febrẽ faciat nisi fuerit calidũ aut per essẽtiã sicut apostemata sanguinea t colerica aut per accñs sicut apata de alijs humozib' i. putridis. Et hoc vult Gal'. 5°. de interiozib' t nõ oportet addere q sit calidũ. Mõ. 3°. q tunc apostema mutat pulsuz per essentiã qñ mutat imediate per aliqd de apatis essentia: puta rõne male cõplexionis aut solutionis ꝯtinuitat aut male cõpositionis: t tũc dicit mutare pulsum per accidẽs qñ mutat pulsuz rõne alicuius accñtis ipsum ꝯñtis. Modo apa qd nõ facit febzem in mẽbzo i quo est multotiẽs facit calditatẽ t necessitatẽ augmentatã. Et ideo rõe illoz pulsum in illo mẽbzo mutat: t sic p sui essentiã sz in toto residuo mutat pulsũ qñq p pter dolorẽ ppter quẽ agitat spũm virtus regitiua ut dictũ est supra de dolore. 2ª. distinct. quam ponit est q apostema mutans pulsũ aut mutat ipsum rõne sue speciei aut rõne sui temporis. s. principij augmẽti tẽ. aut p sui quantitatẽ. aut ratione mẽbzi in quo est aut rõe accidentis ipsum concomitãtis. Et hec 2ª. distinctio statim declarabit.

Quod uero per sui speciem.

Modo exequit declarãdo mẽbza 2ª. distinctõis. Et diuidit in 5. fm q sunt 5. mẽbza ibi 2ª. Mutatio vo ipsi'. ibi 3ª. fm quantitatẽ vo sui. ibi 4ª. t fm suũ. ibi 5ª. Mutatio vo qua. Prima pars diuidit in quatuoz. Nã pmo docet cuiusmodi pulsus pueniũt ab apate calido 2°. a molli frigido flegmatico. 3°. a duro. 4°. ab exitura. ibi 2ª. Et molle. ibi 3ª. Duz vo: ibi 4ª. exitura. De pma dicit q apaz mutat pulsũ p sui spẽz. sicut verbi gra: apa calidũ qd facit pulsũ mutatũ a nãli versus ferrinitatẽ tremorẽ t bozzipilationẽ t velocitatẽ t spissitudinẽ. Et hoc bz veritatẽ nisi cũ apate calo fuerit aliqua cã būectãs q destruat ppzietatẽ ferrinitatis t mutat ipsũ vsus vndosũ. sz tñ in hoc casu tremoz t velocitas t bozzipilatio t spissitudo ipz sp ꝯitant. Et subdit q sicut aliqua ẽ cã p bibens ferrinitatẽ ita t aliqua augens. Sz circa ista cadunt dubia primũ qz nullus ẽ pulsus bozzipilationis ut patet: quia doctozes de ipso nullam fecerũt mentionẽ Secundũ dubiũ quia pulsus fit ferrinus aut ppter diuersitatẽ cozpis arterie induritie t mollitie: aut p pter diuersitatez contẽti in ea vt iup dr: nunc aũt ex calido epate nullum istoz videt sequi.

Tertium dubium quia si causa humectans facit pulsum vndosum: sequitur q non remanebit tremulus. Nam tremulus nõ fit sine ar/

UVA. BHSC. IyR_045_1

terie duritie que non est cū superflua humidi/
tate. Et ꝙ nō sit tremulus sine arterie duritie
patet supra in ca°. de his que proueniūt ex cau
sis contētiuis cū dixit. Pulsus enī tremul' p/
cedit ex fortitudine ꝛ instrumēto duro ꝛ necef
sitate fortis: sine istis enim nō fit tremor Ad
primū dicit ꝙ pulsus horripilatiu' est ille in q°
tam parua percipit cōcussio ut nō imerito di/
catur tremulus. Sed differt a tremulo p min°
percipe cōcussionē. Et potest sub tremulo ꝓti
neri. Unde Gal. in cōmento pulsuū dixit: ali
quid habet cōcussionis. Ad secundū dicit
ꝙ apa calidū tendēs mēbrū in quo est facit ar
teriaꝝ villos extendit ꝛ arteriā p hoc diuersi
mode indurari ꝛ obedire. Ad tertiū dī ꝙ
tremor qui vere dicit tremor: ꝛ est manifesta
multū cōcussio nō fit sine duritie arterie: sz bñ
horripilatio qñq; sine ea. Aduerte tñ ꝙ cā
humectās est aut multitudo humide materie:
aut humidi vaporis. Cā aūt verificās dictum
Auic. ē quia caliduz apa sue materiei collcōe
mēbruz qđ apostemat in parte: apata multum
iplet ꝛ multū tēdit: vñ ad tactū vīr dura: ꝛ iō
neruoꝝ villi ꝛ ligamentoꝝ qui in arteriis sunt
per viā cōpassionis tendunt.

Et molle uero.

Propter snia ꝛ cā qz apostema molle pulsuz
facit vndosum. Et si fuerit valde frigidū ipsū
facit rarū ꝛ tardū. Durum ūo. Patet
ꝙ apa durū ꝓprietatē serini augmentat.

In extura quidem.

Dicit ꝙ pulsus in extura hora qua colligi
tur materia cōuertit pulsus de ꝓprietate serri
ni ad vndositatē ꝓpter humiditatē ꝛ lenitatez
arterie que sequit collectionez: sed fit pulsus
magis diuersus ꝓpter grauitatē extiture super
virtutē. Dicit 3°. ꝙ velocitas ꝛ spissitudo mi
nuit multotiēs ꝓpter quietē caloris accidēta
lis cā maturatōis. Primo ꝑ aduerte ꝙ exi
tura est apa in quo mā sanies ꝛ incōcauū locū
colligit aut collecta est. Nō. 2°. ꝙ hec hora
eri ad vandũ viam rei que nõ in subtiles par
tes diuidit q̃ rei que in subtiles partes diuidi
tur. Ex his dicitur q ꝓpter venarũ epatis
⁊ emulgentiũ ⁊ totius corporis opilatões vri
na potest mingi tenuis quia oẽs iste sunt vie p
quas transit vrina ad renes ut patet ex primo
notato. Nec valet argumentũ. Horza qua talis
vrina mingit transit per barũ venarum cõca/
uitatem sanguis ⁊ alij humores qui sũt valde
grossiores vrina grossa igit vrina grossa potest
transire. Nam per aliũ modũ trãsit vrina et
per aliũ nutrimentum. Et virtus fortius tra/
hit nutrimentũ ad mẽbra q̃ pellat aquã ad re
nes. Posset etiã dici q opilationib⁹ existẽtib⁹
de viscosa materia prohibetur mixtio materie
humoris cum aquositate ꝓpter viscositatẽ vñ
vrina remanet subtilis. Pro 2°dicit q de/
bilitas epatis in qua vrina apparet sicut lotu/
ra carnis est debilitas digestiue:⁊ ista hic dcã
est attractiue vel exẽplissime. Qđ si dicat:
vrina spissa significat opilationes igitur nõ te/
nuis:negatur cõsequẽtia. Nam hic contraria
signa significãt qñq; similes ꝑ parte dispositio
nes.vtraq; enim istarum significat presentiaz
rei grosse aut viscose in venis ⁊ ita opilatiões
sed vna ꝑsentiã talis humoris cuius aliquam
partẽ nã euacuat:alia presentiã talis cui⁹ par/
tem nã nõ euacuat.

Et in acutis.

Modo ponit significationẽ vrine tenuis i
acutis:⁊ diuiditur in duas partes.primo facit
quod dictũ est.2°remouet dubiũ.ibi 2ª Et est
etiam. Dicit primo q vrina hec in acutis
egritudinib⁹ significat debilitatẽ virtutis dige
stiue ⁊ priuationẽ maturationis Ubi nõ.q
vrina tenuis in febrib⁹ acutis significat mãz

UVA. BHSC. IyR_045_1

humoralē nō cōmiſceri cum aquoſitate vrina li. Et ideo illam nō eſt eſſe maturā: ⁊ per cō/ ſequens debilitatē digeſtiue ſaltē in relatione ad humorē facientē morbū. ⁊ ideo Auicē. ad demonſtrandū q̄ non dicebat abſolute ſignifi cari per vrinā tenuē debilitatē virtutis digeſti ue: ſed in relatione ad materiā ſubdit ⁊ matu/ rationis priuationē. Quod ſi queras vtrū idem in cronicis ſignificat. Ad hoc dicenduz q̄ ſic. Dicit autem Auinus q̄ quia nō ita appa ret in cronicis ſicut in acutis ideo ſe maxie re tulit ad acutas. Ego āt multo plures vidi vri nas ſubtiles in principio cronicaꝝ q̄z in acutis. Et ideo puto q̄ ſic ad acutas retulit qz priua tio maturationis in eis eſt peioz. Nam nō da tur tp̄s ad maturandū ſicut in cronicis.

Et eſt etiam.

Remouet dubiū: Poſſet eniz quis dicere Pōt ne vrina eſſe tenuis ſine debilitate abſo luta digeſtiue aut ꝓpter aliaꝝ virtutū debilita tem. Et dicit q̄ ſic quia q̄nq̄ hec vrina ſignifi cat tantā debilitatē aliarū virtutū a digeſtiua ut nullo mō operent in aquā: imo ſicut ingre/ ditur ita labitur. Vbi nō. nō eſſe Auiceñ. mentē q̄ alie virtutes nullo mō operēt i aquā quia nō pelleret ⁊ nō attraheret ad epar. ſed adeo eſt aliqua aliaꝝ virtutū debilis ut digeſti ua nullo modo in aquā operet quia. ſ. retenti ua nō retinet tēpore notabili. Et quia digeſti ua indiget tēpore determinato in ſua operatio ne: ideo abſq̄ notabili permutatione a digeſti ua virtute egredit. Et ex hoc patet quare ſupra in gnāli ſignificatione nō poſuit oēs mo dos ſignificationuz in genere. Nam aliq̄ eſt eſt vrina ſubtilis ꝓpter nimiā caliditatē renuz ⁊ epatis: vnde retētiua eſt debilitata: ⁊ hoc eſt in diabetica paſſione que eſt talis inſtrumento vrine qualis eſt lienteria ſtomachbo 19ⁿ tertij.

Ego aūt memini multos medicoꝝ nō inter rogantes de quantitate cū talē vrinazviderūt iudicaſſe de opilationib⁹ ⁊ frigiditate infirmoſ ad mortē duxiſſe: quare frequēter eſt inquirē/ duz de frequētia mingēti ⁊ quātitate cū vrinā videm⁹ valde tenuē ⁊ trāſlucētē qz i hoc erro re eſt periclitatio infirmi in totū.

Eſt urina.

Docet modo quid talis vrina ſignificat in pueris. Et dicit tria. primū eſt q̄ talis vrina te nuis in pueris eſt deterioz q̄z in iuuenib⁹: ⁊ rō eſt quia nālis vrina puerorū debet eſſe groſſa reſpectu vrine iuuenū ꝓpter duas cauſas. vna eſt quia pueri ſunt humidioreſ. 2ª eſt quia pue ri indigent attractōe multi nutrimēti ad epar ⁊ corpus ut ſufficiat ꝓ augmēto ⁊ nutricatōe Et ideo ſi eoꝝ vrine fiūt multū ſubtiles i acutis febribus plus diſtant a naturali diſpoſitione: ⁊ ideo ſunt deteriores. Dicit 2ª q̄ ſi vrine multū ſubtiles perſeuerauerint in pueris cum febre acuta nō ſignificant niſi perditionē. Et ratio eſt quia ſignificāt multā reſiſtentiā mate rie aut multā virtutis imbecillitatē: ⁊ ideo in tempore breui non poſſe ſuperari morbi mate riam ⁊ per ꝯſis in acuto morbo infirmū per/ turum. Dicit 3ª q̄ q̄nq̄ reliquis ſignis bo/ nis apparentib⁹. ſ. ſignis incolumitatis virtu/ tis ſignificat ꝰ vrina apoſtema quod accidit i ferius ⁊ ꝓprie ſub parte epatis. Sed circa dicta dubitaſ. primo non videſ q̄ humiditas pueroꝝ ſit huius cauſa. Primo quia illa hūi/ ditas eſt aerea que eſt ſubtilis: ⁊ per cōſequēs non eſt cauſa groſſitiei. 2ª quia ſenum vrine ſunt ſubtiles ⁊ tamen ſenes ſunt humidi extra nea humiditate que magis videtur facere ad groſſitiē vrine q̄z ſubſtātifica humiditas. 3ª dubitaſ qz ſi pueroꝝ corpora multo nutrimen to indigent: ergo parū de humorib⁹ relinquūt in aquoſitate: ⁊ per conſequēs hec eſſet potiꝰ cauſa ſubtilitatis vrine. Pro iſtis nō. q̄ di geſtiua multa indiget humiditate ut prima p/ mi: ⁊ iō pueri ꝓpterea q̄ humidi ſūt ſubſtātifi ce fortē hūt vīutē cōmixtiuā ⁊ digeſtiuā. Et quia multo indigēt nutrimēto oportet illius multas ſequeſtrari ſuperfluitates que per di/ geſtiue fortitudinē miſcenſ cum aquoſitate: et fit vrina ſpiſſa. Quod autē dicit Auin⁹ iſtos ꝓpter indigentiā multi nutrimēti cogi ad ca/ piendum plus cibi q̄z bene poſſint digerere: ⁊ ideo vrinā īgroſſari: iudicio meo ꝯdicit Gal. 3ª tegni vbi dixit q̄ tēperatū corpus tantū ap petit quantū bene digerere poteſt: ⁊ conſtat q̄ loquiſ in omni etate. Ex quibus patet ad vtrūq̄ dubium reſponſio. Nam non ſequiſ: ē humiditas ſubtilis: igiſ non eſt cauſa groſſiti ei vrine. Nec ſequiſ humiditas extranea ſenū eſt cauſa ſubtilitatis: igiſ naturalis puerorum ita erit. Nec i 2ª dubio ſequiſ. Multū nutri/ mentū trahunt mēbra: g̃ non multa remanet ſuperfluitas. Ultimū autem dictuz concordat cum dictis Gal. 2ª pnoſticoꝝ cum dixit q̄ vri/ na clara ⁊ cruda ⁊ diuturna ſignificat apoſte/ ma futurū ſub diafragmate. Cauſa autem ē q̄ ſignificaſ materia rebellis virtuti ⁊ groſſa: et ideo ſignificaſ q̄ natura nō faciet criſi niſi p/ mutationis: ⁊ q̄ erit verſus inferiora ꝓpter materiei grauitatem.

Et ſimiliter.

Modo oſtendit quid ſignificat vrina ſub tilis inſanis perſeuerās ⁊ intelligunſ hic ſani

UVA. BHSC. IyR_045_1

non inculpate sani quia isti vrinas habent me diocres: sed oēs qui nō sunt actu egri. Et dicit primo q̄ si vrina fuerit tenuis in sanis ⁊ ita permanserit ⁊ nō permutata fuerit ad grossā vel mediā significat apostema futurū in parte in qua sentiūt dolorē. Si aūt dolor aut ḡuitas non fuerit vni mēbro. i. nō doleāt plus in vna parte q̄ in alia sed in ambitu totius. Tunc significat variolā aut morbillū aut botor. i. parua apostemata aut alia apostemata que erunt cōmunia toti corpori. Dicit ꝫ. q̄ si hec vrina tenuis apparuerit in crisi sine ordine significat recidiuā. Causa autem primi est qz cū hec vrina in sanis significet materiā superfluā retineri sequit̄ q̄ erit ibi causa aūs apostemat̄ Si igitur dolor in vno mēbro sentit̄ significatur q̄ materias ad illū locū natura iaz incipit deriuare iuxta sententiā affforismi. Et vbi in corpore dolor ⁊c. Aut etiaz si dolor esset a cā primitiua ad illū locum nā stimulata superfluaz materiā transmitteret ⁊ apostema faceret cuz dolor trahat sicut ventosa. Causa autem secūdi est quia lassitudine uel dolore pauco existente in toto cum dicta significatione materie retente significat̄ q̄ ad musculos q̄ sunt in ambitu tot⁹ aut ad cutē natura transmittit māmquē ꝑm sui varietatē qñq̄ facit variolas quandoq̄ botor. i. parua apostemata sicut in scabie apparet: quandoq̄ forūculos multos in tot⁹ ambitu. Causa autem tertij est quia in crisi que per vrinam accidit vrina debet esse grossa ut infra quia humores multi debent cuz ea ēē mixti. cum igit̄ crisis est cōpleta paulatim circa finem crisis vrina ordinate fit minus grossa sed si subito fiat subtilis significat̄ q̄ ex aliqua cā impedit̄ virtus ab expulsiōe totius. ⁊ ideo aliquid de materia grossa relinquit̄. Modo que relinquunt̄ in morbis post crisim subuerſionem facere consueuerunt.

Vrina autem multa spissa.

Hic docet significare per vrinaz multū spissam siue grossaz. Et duo facit. Primo hoc. 2°. respōdet tacito dubio ibi: Non autem subtilitas. Primo diuidit in nouē partes sicut nouē sunt regule quas ponit ut patebūt. Primo igitur dicit q̄ vrina multū spissa significat priuationē maturatiōis ꝑm plurimū. Et raro significat humoz grosse sube maturationē: ⁊ ideo ista talis erit in statu febriū humorosaz. i. pendentiū ab humorib⁹ grossis ⁊ multis qñ. s. debet esse crisis ⁊ in apertōe apostematis postq̄ sanies per vrinā pellit̄. Considera igit̄ q̄ vrina multū spissa est de qua loquit̄ qz parum spissa potest esse cum nāli dispositōe sz multuz nō. Nō. 2°. q̄ hec multū spissa ꝑm Auicen. qñq̄ significat priuationē digōnis: qñq̄ significat digestionē: sed raro significat digestionē. Causa autē est qz qñ materia digerit humores grossos raro eos cū vrina trāsmittit qz vie sūt stricte. Plurimū igit̄ cū humores grosse substantie sint cuz vrina pellit̄ ipostasis grossa sz vrina nō fit multū spissa qz nō tm̄ de isto būore pellit̄ cum vrina q̄ ipsaz faciat multū spissā ad intellectū datū. Plurimū igit̄ mingit̄ vrina multū spissa ꝓpter multitudinē grossoꝝ humoꝝ stimulantiū ad sui expulsionē añ digestionē eoꝝ: ⁊ ideo ut plurimū significat ꝑuatiōnē maturatōis. Reliq̄ in isto canone sūt clara

Et plurimum.

Est canō secūdus ⁊ dicit plurimū qđ significat vrina multū grossa in acutis egritudinibus esse malū. Causa aūt est qz talis plurimū significat peccatū grossoꝝ humoꝝ nō digestorum. Et quia grossi humores nō faciliter cito digerūtur morbi aūt acuti cito termināt̄: ideo significat q̄ terminabit̄ morbus ante materiei digestionē ⁊ per ꝛ̄ns male. Dicit aūt notāter plurimū qz aliquo mō ꝓuenit oppositū ut si materia subtilis digesta essz ⁊ per vrinaz expelleret nā vrina fieret grossa qz humor lz sit subtilis est tamen grossior vrina.

Verumtamen.

Ponit tertiū dicēs q̄ peior est durabilitas tenuitatis q̄ grossitiei: ⁊ ratio est qz spissitudo significat quandā digestionē: ⁊ iō ista confert substātie. i. significat bonū quoddā ex pte modi substātie quia aliquid de digestione significat̄ suscepisse. Vel aliter sigt̄ digestionē q̄ cōfert substātie. i. que sufficit facere subam vrine grossam: lz nō sufficiat facere bonā ipostasim ⁊ hec est melior expositio. Preterea significat etiā vrina grossa q̄ virt⁹ habet potentiā expellendi ⁊ hoc est etiā signuz in quo. i. ꝓpter qđ habeat̄ fiducia bonitatis ex vrina grossa Sz tamē ista vrina grossa sigt̄ maluz ꝓpter tria Primo quia significat materiei corruptionem. aliter enim virtus nō stimularet̄ ad eiuſ expulsionē añ complementū maturationis. secundū est multitudo materie que significat̄ ꝓpter eandē causam. tertiū est priuatio digōnis nō absolute ⁊ penitus sed digestionis separātis ⁊ ad fundū descendent̄. i. significat q̄ digō nō est tanta q̄ humor qui cum vrina pellit̄ descendat in forma ipostasis laudabilis: imo remanet permixtus cū tota aquositate Ex q° patet q̄ vrina spissa aliquo mō significat bonū ⁊ ꝑ parte malū. Sz valde tenuis significat absolute malū. ⁊ iō tenuitas: durabilitas est dete

UVA. BHSC. IyR_045_1

rioꝝ. Deinde quia posset quis querere quō cognoscat quid est maius an bonū quod significat an malū: dat modū in hoc dicens ꝙ illō quod superat de istis. s. bono uel malo significato cognoscit ex requie accīte post aut ex augmēto debilitatis. Nā qñ superat bonitas expulsionis ꝛ digestionis malitiā cozzuptiōis sequitur banc vrinā requies ꝛ ꝓriū debilitas.

Et urinarum spissarum.

Iste est quartus cañ. ꝛ patet.

Illauero.

Ponit aliū cañ. dicēs ꝙ illa que paulatim euacuatur significat multos humozes ꝛ virtutis debilitatē quia nō fieret multuꝝ grossa nisi ꝓpter humoꝝ multitudinē ꝛ nō mingit paulatim nisi ꝓpter debilitatē expulsiue.

Et post illam.

Canō sextus ꝛ causa est quia tandē cozp' mūdificatur: ꝛ ideo fit postea mediocris ꝛ sequitur requies.

Cum autem tenuis.

Septim' canō ꝛ dicit ꝙ cū vrina tenuis cōuertit ad valde grossam ꝛ post illā non aduenit reges in acutis egritudinib' significat liqfactionē. s. mēbroꝝ aut humoꝝ grossoꝝ qz prius erat subtil quia nibil de tali poterat pelli: nūc aūt pellit ꝛ nō ꝓpter digestionē qz si tia eēt sequēt requies igit erit p viā liquefactionis.

Cumque in sano.

Est octauus canō ꝛ dicit ꝙ 'qñ ꝑseuerat vrina spissa in sano. i. neutro nōdū egro ꝛ iste senserit in parte capitis. s. aut ante: aut retro: aut a latere ꝙuassationē. i. doloꝛē cū pturbatione ꝛ obfuscatiōe sensuū significat futurā febrem. Et rō est quia significat ꝙ humoꝛ peccās incipit ebullire: vñ fumi petūt caput ꝛ putrefient ꝛ facient febrem.

Est tamen cum hoc

Canō nonus ꝛ vltim'. Dicit ꝙ qñq cōtingit ꝙ hec. s. vrina grossa in sano est ex supflua expulsiōe. i. magna: vnde agitati humozes aliquid suoꝝ fumoꝝ capiti cōicant: sed quia cito euacuātur nō sequit febris. Quandoq autez significat apertionē opilationū ꝓpter quā materie grosse retēte expellunt: aut 3°. ꝓpter vlcera in vijs vrine ꝓpter que mingit sanies multa ꝛ tñ nō sequit febris.

Non autem.

Hic respondet tacito dubio: posset enim qs dicere. Statim dicebat ꝙ vrina tenuis significat priuationē maturatiōis: ꝛ nūc dicit ꝙ multum spissa idem significat: qđ videt falsum qz spissitudo est cōtraria subtilitati ꝛ cōtrariozū signoꝝ debent eē cōtraria significata. Hic respōdet ꝙ vtraq significat priuationē maturationis. rō est quia maturationē cōmunicat mediocritas in mō substātie. Ideo maturatio materie spisse est ut attenuet versus mediocrē ꝛ maturatio subtilis est ut ingrosset ꝛ ꝙuertat ad mediocritatē versus spissitudinē Nō. tñ hic ꝙ vrina tenuis nō ideo sigt priuatōez maturatōis qz significet subtilē humorē: sepe enī est ꝓpter hūorē nimiā grossitiē q opilones faē

Amplius vrina spissa.

Hic ponit signa claritatis ꝛ turbulētie ut mihi videtur. ꝛ hoc ideo in isto capl'o qz claritas ꝛ turbulētia putātur habere ꝙuenientiaz cū grossa ꝛ subtili. Et ideo etiā miscet significationes grosse ꝛ subtil. Diuidit in duas partes. Primo docet hoꝝ significatōes sigillatiz s. clare ꝛ turbulēte. 2°. qñ in eadē vrina appareret claritas ꝛ turbulētia quo ad diuersa tpa. ibi 2°. Amplius tres debes. Prima in duas. ꝓmo ponit vnā distinctionē ꝛ differentiā inter clarā ꝛ subtilē. 2°. ponit significatōes. ibi 2°. et que quidē. Dicit ꝓmo ꝙ ut dictuꝝ est supra capl'o bui' sūme vrina spissa quedam est clara translucēs ꝛ quedā est turbulenta. Dicit 2°. ꝙ inter spissam trāslucentē ꝛ subtilē sūt tres differentie. vna est ꝙ qñ grossa trāslucens agitat mouet tarde. 2°. ꝙ qñ agitat sue vnde nō sūt parue sz magne. 3°. est ꝙ in ea fit spuma multarum ampullaꝝ ꝛ iste ampulle nō cito rumpuntur. Sed in subtili vrina ꝙtraria cōtingūt. Cā aūt est quia grossa est grauioz ꝛ terrestris magis ac magis viscosa ꝛ ꝓpter grauitatē tarde mouet: ꝓpter terrestreitatē nō facile i paruas partes diuidit: ꝓpter viscositatē in ꝙcussione fiunt ampulle ꝛ nō cito rumpunt.

Et que quidem.

Hic ponit significationes clare ꝛ turbide ꝑmittendo signa grosse ꝛ subtilis. Et diuidit in quatuoꝝ partes. Primo ponit signa spisse clare. 2°. tenuis. 3°. spisse sine limitatione ad claritatem. 4°. turbide absolute. ibi 2°. In tenui. ibi 3°. Spissa aūt. ibi 4°. ad vltimū. Circa ꝓmā partē attende ꝙ textus cōiter inuenit affirmatiuus ꝙ vrina spissa ꝛ clara generat ex flegmate bene digesto. Sed oēs auctores dicūt litteram esse cozzuptā quia oz dicere ex flegmate non bene digesto. Et dicūt manifeste patere ꝑ sequētia: quia statim dicit ꝙ si in ea est tinctura ad citrinitatē trabēs est colera vitellina: sz si est sine tinctura est ex liquefactione vitrei flegmatis. Modo cōstat ꝙ vitreū flegma non ē digestuꝝ. Et ideo sepe apparet in vrina epilēticoꝝ ista vrina quia in eis tale flegma multuꝝ

UVA. BHSC. IyR_045_1

habundat. puto igit hãc expositionẽ eẽ veraz
ꝫ posset dici ꝙ etiã ꝓpter flegma vitreũ bñ di
gestum fiat vrina spissa. Nam ipsũ bñ digm ẽ
nũ vehemẽter grossum ut supra dr. ⁊ hoc non
erit generalit ꝫ in pauciorib⁹ ut supra dicitur

In tenui.

Hic ponit significationẽ tenuis: ⁊ diuidit i
quatuor sic̃ quatuor regulas ponit: ⁊ patebũt
partes legẽdo: prim⁹ canõ est nor⁹ Circa tñ
hũc locũ cadit dubitatio quia ꝑmo videt esse
in verbis cõtradictio. 2°. ꝙtradictio cũ dict⁹ su/
pra. ⁊ 3°. nõ videt sentẽtia vera in se. Primo
enim ad probandum ꝙ tinctura non est ꝓpter
digestionẽ infert ꝙ aliter nã operaret substan
tiam prius q̃ colozis permixtionẽ ac si ex op/
posito sequeret ♄ falsum. videt igit velle ꝙ nã
non pr⁹ operet substantiã q̃ colozẽ ⁊ statiz di
cit oppositũ ut patet. Secundũ patet qz su/
pra capło de colozib⁹ dixit. Et color quidem
vrine in egritudinib⁹ acutis incendẽtib⁹ trahit
ad colorẽ zaffrani ⁊ ad igneitatẽ. ꝙ si ibi fue/
rit tenuitaſ aliquã maturatõis significat dispo
sitionẽ ⁊ ꝙ iam incepit sed nõ apparet in sub/
stãtia. Istud expresse ꝙtradicit p̃senti regule.

Tertiũ aũt patet ex hoc 2°. qz nã in casu b⁹
nec⁹ dedit colorẽ p digestionẽ ⁊ tñ nõ substan
tiam igit nõ semp pr⁹ apparet in substantia q̃
in colore digestio. Pro istis dimittẽdo sup
flua ⁊ nõ vera dicta expositor est ꝑmo notan/
dum ꝙ possibile est p actionẽ digestiue virtut⁹
dari colorẽ manifeste ⁊ nõ manifeste dari mo/
dũ substãtie ut in aucte statim allegata. Nam
stat per mixtionẽ humorẽ multũ citrini valde
pauce quãtitatis notabiliter tingere aquosita/
tẽ ⁊ nõ notabiliter ingrossare eandẽ. Bi
cendũ 2°. ꝙ nã pr⁹ i digerẽdo intẽdit dare mo
dum subẽ q̃ colorẽ. Nam digestio ẽ ꝓparatio
ad expulsionẽ: talis aũt habet ꝙ modũ substã
tie nõ p colorẽ: ideo digestiua virtus p̃cipue i
nocitiuo pr⁹ intẽdit modũ subẽ q̃ intẽdat co
lorẽ. Ex quo sequit ꝙ cũ virt⁹ digestiua mł
tũ agit digerẽdo aut multũ digerit oportet ꝙ
multũ det de mõ substãtie quaz intẽdit qz iste
ꝓprie ⁊ p se sequit opationez digestiue virtut⁹
⁊ hoc intẽdit Auic̃. hic cũ dixit ꝙ opatio dige
stiue est pr⁹ dare substantiã deinde eã tingere

Nõ. tñ ꝙ cũ ♄ stat ꝙ sit det color ⁊ substã/
tia mediocris ⁊ ꝙ pr⁹ ⁊ ꝙ post. Sz nõ stat ꝙ p
multã ⁊ fortẽ digõez det color ⁊ nõ modus
substãtie qz semp p fortẽ ⁊ multã digõez segt
mod⁹ subẽ ꝓpinqu⁹ mediocri. Dicendũ 3°. ñ
esse Auic̃. intẽtionẽ ꝙ color multe tincture in
vrina tenui nõ sit quoquo mõ p digõez sz vult
ꝙ nõ est ꝓpter intensã digõez ul multã sicut
multa est tinctura: ⁊ hoc mõ legat. In vrina
tenui in qua existit multa tinctura scit ꝙ tictu
ra nõ est ꝓpter digõez. s. ita intensã in suo ge
nere sicut est tinctura. Nã hoc nõ ẽ pp multã
digõez sz pp icboatã ⁊ debilẽ nõdũ apparẽ
tẽ in substãtia ut dr supra cap°. de colorib⁹ i aucte
allegata: ⁊ hoc ꝑbat Auic̃. ibi. Alioqn dicen/
do ꝙ alioqn. i. si alr eẽt q̃ dicat ⁊ tinctura eẽt
pp multã digõez tũc nã pr⁹ fecisset i hac vri
na substãtiã digeste vrine q̃ istã colozis permi
tionẽ. Nã ut ego dixi statim si digõ ẽ multa ⁊
intẽsa oz ꝙ sit manifesta in substãtia. Nõ b°
est repugnãs in casu nr̃o qz supponim⁹ vrinaz
tenuẽ. Nõ vult igr̃ Auic̃. in erre ex oppos
to sui dicti ꝙ digõ pr⁹ operat substantiã q̃ colo
rẽ tanq̃ absolute falsũ sz tãq̃ repugnãs oppo
sito regule. Ex quo segt ꝙ iõ oppositũ sue re/
gule ẽ ipossibile qz ad ipsũ sequit aliqd sibi re
pugnãs. Ex quo patet ꝑmo ꝙ hic nulla est
cõtradictio ⁊ nõ presuppenat in mõ arguẽdi
falsum esse ꝙ nã pr⁹ operat substantiã q̃ colo
rem. imo vult hoc esse verũ sed repugnãs op/
posito regule. Et ideo ne quis putaret ꝙ dice
ret hoc esse falsum subdidit ꝙ digõ pr⁹ opera/
tur substantiã q̃ colozis permixtionẽ: ⁊ intel/
ligitur ad sensum secũdi notabilis ꝓpositi. Et
sic soluit primũ dubiũ de ꝙtradictione littere
Silr secũdũ ♄ cõtradictiõe ad dicta capli p̃ce
dentis. Nam nõ intẽdit absolute ꝙ nõ sit ꝓp
digõez ut dixi. Ad tertiũ aũt dubiũ patet ex
2°. notabili. ⁊ iõ hãc litterã ñ lego dicẽdo alio
qn ꝓ qz ut dicit vn⁹ modus dini. nec trãsponẽ°
sniaz partis sequẽtis ly alioqn ut dicit secũd⁹
mod⁹ nec addẽdo vnã negationẽ ut dic̃ sua 3ª
expositio. His enim modis exponere nõ est ni
si falsificare litterã. Quod si queraf virum
ois tinctura vrine det ꝑ digestionẽ: puto ꝙ nõ
Nam contingit vrinã tingi ꝓpter ebulitõez
a calore putredinali ut potest colligi 2°. quarti
ca°. de signis sumptis ex tenuitate vrine: cũ di/
xit. Si autem fuerit rubedo aut nigredo scias
ꝙ cã in hoc est res cõtingens aut vehementia
virtutis qualitatis egritudinalis imꝑmẽtis in
aquã. Credo tñ ꝙ aquositas pura nõ tingit nł
si ꝓpter cõmixtionẽ alicui⁹ rei bũoralis cũ ea
ut expresse vult Gal. ꝑmo de crisi: sz hec pars
humoralis q̃q magis tingit nõ ꝓpter maio/
rẽ digõez: sz ꝓpter maiorẽ ebullitionẽ ꝓpter
quã ille bũor fit intẽsius coloratus.

Et propter hoc.

Ponit secundã regulã ad modũ cozelarij
dicẽs ꝙ ꝓpter causam dictã. s. ꝙ ꝑma digõnis
operatio est facere substãtiã sequit ꝙ vrina te/
nui pseueratẽ i egritudine acuta est signũ ma
lum significãs ꝙ virt⁹ est sopita. i. remisse agẽs
in digerendo aut non digerens.

UVA. BHSC. IyR_045_1

Cum autem.

Ponit tertiã regulam dicẽs ꝙ cuꝫ videris vrinã tenuem que habet diuersitatẽ in partib⁹ in citrinitate ꝛ rubedine ista significat laborẽ inflãmantem. Vbi nota intelligi ꝙ appare at diuersitas rubedinis ꝛ citrinitatis: aut quia diuerse partes vrine appareant vna rubea et alia citrina sicut si in superiori parte appareat rubea ꝛ i inferiori citrina: aut secũdo quia appareat color cõmixtus ex rubeo ꝛ citrino: ꝛ p laborẽ inflãmatiuuꝫ possumus intelligere lassitudinem inflãmatiuã que prouenit ex habundantia humoruꝫ calidorũ scilicet sanguinis ꝛ colere qui significant ex hac diuersitate colorum in vrina apparentiũ aut 2°. per laborez in telligendo vniuersaliter omnẽ lesionẽ ut intelligitur 2°. afforismoꝫ afforismo ꝑmo: ꝛ hoc mihi plus videt verum.

Et si tenuis.

Ponit regulã quartã dicens ꝙ si vrina fuerit tenuis ꝛ habuerit sedimẽ ad modum furfuris nõ existente egritudine in vesica significat flegmatis adustionẽ. Causa autem est quia hec similia furfuri sunt alba ꝛ lata: ꝛ ideo sunt aut ex excoriatione albor̃ mẽbrorũ sicut vesica aut adustione humoris albi sicut flegma. Non existente igit in vesica egritudine erit ex flegmate adusto.

Spissa autem.

Hic ponit signa vrine spisse nõ limitãdo ad claritatem uel turbulentiã dicẽs ꝙ vrina spissa in febribus acutis significat multos humores aut liquefactionẽ. Et illa est que cum permanet vna hora congellat. Causa autẽ est quia si humores eẽnt pauci in morbo acuto cũ sint ut plurimũ subtiles non facerent vrinam grossam. Et ideo quando est grossa ꝑpter humorum cõmixtionem significat ipsos multos. Quandoqꝫ autem est grossa ꝑpter liquefacta cõmixta cum ea ut esset pinguedo ꝛ ista recedẽte calore actuali congelat sicut alie pinguedines a calore eliquate.

Ad vltimum.

Ponit significationẽ vrine turbide absolute ꝛ dicit ꝙ significat permixtionẽ partiũ terreaꝫ ꝛ ventositatis cũ aquositate vrinali. Et ratio quia quando iste due res. s. ventositas ꝛ pars terrea admiscent in vrina ex eis prouenit turbulẽtia: ꝛ quãdo separant prouenit claritas. Et hec regule nõ habẽt dubiũ. Haꝫ oia alia elementa sunt puia preter terram: ꝛ ideo nõ habent aquã reddere opacã. Terrea aũt pars non maneret sparsa per totam aquositatem nisi esset ventositati coniũcta ipsam facienti natare aliter descenderet ad fundum.

Nota tamẽ hic ꝙ verisimile est contingere esse partes terreas cũ aqua ita ut vrina sit clara. Nam nõ est dubiũ ꝙ vrine alique sunt clare ꝛ non generatis ventositatib⁹ in eis sicut hide igitur ꝑius erant ventositates ꝛ partes terree stante claritate. Et aliũ patet qñ vrina mingitur clara ꝛ per infrigidationẽ fit turbida sicut vocam⁹ eas corruptas que postea cũ ad ignem calefiunt clarificãtur. Imaginandum est igitur ꝙ quendã modũ mixtionis partium humoraliũ cum aquositate sequit claritas esto etiaz ꝙ partes terree sint multe nõ descendentes ad fundum sicut clara est cristalli nõ obstante ꝙ plurimũ sit terrea ꝛ vitruz cui multa pars est terrea: tamen regula Auic. verum est in se ꝛ maxime habet verum de turbulẽtia que accidit aquositati per se puie que fit turbida per admixtionẽ nõverã partiũ terrearum. In hoc eniz casu oportet ꝙ sit ꝑpter partes terreas coniũctas ventositati ꝛ econtra partes terre opace coniũcte ventositati sufficienti ad subleuandũ eas in aqua sunt semp cã talis turbulentie: ꝛ ita patet generale significatum vrine turbide.

Amplius tres debes.

Hic ponit signa claritatis ꝛ turbulẽtie qñ in eadem vrina apparet claritas ꝛ turbulentia diuersis temporib⁹ ꝛ turbida que remanet turbida. Et diuidit in tres partes. ꝑmo ponit tres modos considerãdos. 2°. cõparat duos illorum adinuicẽ. 3°. ponit quasdã speciales regulas. ibi 2ª. Illa vo q̃. ibi 3ª. Vrina quoqꝫ. Itẽ ꝑma tres ſm tres dispões ꝓsideratas. ibi 2ª. Aut mingit. ibi 3ª. Aut est dispositio. Dicit in ꝓte ꝑma ꝙ tu debes attẽdere tres dispositões in vrina quaꝫ vna ẽ ꝙ qñqꝫ mingit tenuis. i. clara: ꝛ postea inspissat ꝛ fit turbida: ꝛ ista figt ꝙ nã laborat i maturãdo ſz mã nõ ex toto obediuit ꝛ est pariẽs: ꝛ aliqñ figt liqfactionẽ mẽbroꝫ. Nõ igit ꝑmo ꝙ Auic. narrat illos tres modos turbide vrie quos ponit gal. ꝑmo de crisi ſz nõ ponat eo ordine Nõ. 2°. ꝙ in vrina q̃ mingit fũt dispões ex alteratõe ꝛ ꝑmitione bũoꝫ tã a calore nãli q̃ putredinali itra corꝑ recepte merito quaꝫ dispõnũ vrina ex corꝑ pmutat: ꝛ iõ ex pmutatiõe ex corpal cognoscit quõ passa fuerat itra corꝑ ꝛ corporis ꝛ humoꝫ dispões ut dicit Auero. 4°. colliget. Nõ. 3°. ꝙ cũ vrina mingit clara ꝛ postea turbidat figt ꝙ partes bũorales sunt mixte cũ aquositate vrinali p opus caloris nãlis Nam ex opere putredinali potius mingit turbida: sed hoc opus significat esse debile q: per

UVA. BHSC. IyR_045_1

leuem actionē aeris continentis permutat: qz
etiā vrina nō mingit turbida significat q̄ i hu
moribus nondū est fortis putrefactio: ⁊ qz ab
aere exteriori cito hanc alterationē recipiunt
significat q̄ sunt parati putredini. Ex qui/
bus patet primo regulam Auic. esse veram q̄
hec vrina significat q̄ natura laborat in matu
rando. i. aliquo modo agit color naturalis in
humores: sed materia non ex toto obediuit.

Patet 2.° q̄ verum dixit Hal. cum dixit pri
mo de crisi q̄ hec vrina significat q̄ humor nō
dum est motus sed erit in proximo. i. nondum
vehemēter bullit nec multū digerit in primo
est futurus in eo motus ebullitionis. Ulti.°
nota q̄ ex mēbror ⁊ adipis liquefactione con
gingit mingi vrinā clarā que per leuē cōgelati
onem turbidat quia hoc est de natura pingue
dinis que dum est liquida ⁊ dissoluta est puia
sed infrigidata est opaca. Et Auicē. hanc sub
dit significationē quā tacuit Hal. loco allega/
to quia raro accidit.

Aut mingitur.

Ponit significationes secūde manerei: et
dicit q̄ vrina quādoq̄ mingit turbida ⁊ po/
stea clarificat ita q̄ pars grossa ab ea separat
⁊ stat in fundo: ⁊ ista significat q̄ natura iam
maturauit materiā. Et quāto magis clarifica
tur ⁊ citi° tanto est certius signū maturationis
⁊ similr quāto maior est descēsus inferi°. Pri
mo igit nō. de his trib° manerieb° fecisse mē
tionem Hal. primo de crisi. ⁊ Aueroys 4.° col
liget ⁊ Auic. hic ita q̄ putat cōmuniter ab ex
positorib° de eadem dispositione locutus fuisse
Sed aliter videt dixisse Hal. de significatione
huius ⁊ aliter Aueroys ⁊ aliter Auic. Nam
Hal. primo de crisi dixit ita. Sed que mingitur
turbida ⁊ post paulatim residet in ea sedimen
laudabile significat egritudinē absq̄ mora di
gerendam. Auic. hic ut videt sic dicit q̄ signi
ficat materiā esse digestam nō dicit digerendā
Aueroys autem 4.° colliget videt hanc pone
re que primo est grossa post subtiliat ⁊ post ēt
ingrossat sicut accidit plerūq̄ cū vrina dimit/
tur: ⁊ de hac dicit q̄ significat pigritiā natu/
re post incepti operis principiū: vñ sic dicit ad
litterā. Sed vrina grossa que postea subtiliat
⁊ iterum ingrossatur quāuis hoc opere natu
re pcedit pigritiem nature significat post su/
cepti operis principiū. Ego libēter in hac di
versitate vidissem quid crediderūt antiqui ex
positores: sz nō inuenio Binū aut Antoniū ꝺ
prima aut Mondinū aut Marsiliū ista decla
rasse. Dico igit istud qꝺ puto fuisse de mente
horū auctor. Pro quo nō. q̄ vrina q̄ min/
gitur turbida ⁊ clarificat qñq̄ mingit parum
turbida ⁊ clarificat bñ per descensum ipostā/
sis laudabilis: ⁊ hec est dispositio vrinaꝝ com
pletam digestionē significantiū in morbis ma
terialib°. Nam quia ipostasiua materia nō est
ex toto clara nec est cōmixta ꝺo mō cōmixtio
nis cum aquositate sed per vicinitatē: ideo oz
q̄ cum mingitur ⁊ per motū est mixta reddat
aquositatē parū per obfuscatā: ⁊ de ista puto
q̄ loquit Auic. hec enim significat naturā di/
gessisse ⁊ superasse materiā. Et ideo addit q̄
quanto maior fuerit claritas supple cum debi
ta substantia ⁊ citior descensus magis signifi/
cabit maturationē. Quedā autem est vrina
que mingit vere turbida: quia intense turbulē
tie ⁊ omnis talis significat vehemētez ebuliti
onez. Nam Hal. de illa que clarificat ⁊ est ꝺ
qua loquimur ita dicit. Nam vrina que clari
ficat post paululū significat illud quod rema/
net de augmento feruoris ⁊ de agitatione dcā
esse parum. Vult igitur q̄ etiam ista significat
augmentū feruoris ⁊ dictam agitationē ⁊ per
consequēs ois alia vrina multū turbida. Sed
de istis quedā est que clarificat per descensuz
partis terrestris ad fundū ⁊ ista si sedimē fue
rit laudabile. nō dico laudabilissimū: ē enim im
possibile i isto casu significat ut dicit Hal. q̄ ci
to cōplebit digestio. Erit ār sedimē laudabile
quod nō erit male substātie nec mali coloris:
lz non ex toto oēs habeat ꝓditiones optimi se
dimis: sed de hac nō loquit Auic. supra. Et
ideo nō oīno dispositiōes easdē intellexerunt
Auic. ⁊ Hal. Causa aūt dicti Hal. est quia
ex quo est in princi°. ita turbulenta vrina non
pōt esse sine preternaturali ebullitione que ex
cludit cōplementū digōnis. Sed quia cito fit
seqstratio sigtur q̄ vestigiū caloris nāl sit forte
⁊ vētositates p ebullitionē putredis ibi exītis
sūt pauce paz resistētes: ⁊ iō cito cōplebit ma
turatio. Si ꝺo vrina mingit turbida ⁊ clarifi/
cat p descensū ad fundū: sz postea cito corrū/
pit ꝓpt aeris ipressionē: ꝺ est de qua Auero.
loqt: ⁊ ista sigt pigritiā nature i digerēdo eo°
quo prī. de illis ꝺ qꝺ° Auic. loqt. ⁊ ita isti au/
ctores nō de eadē penit° vident loq dispōne i
bis locis ꝓpter qꝺ nō ponūt eadē significata

Aut est dispositio.

Ponit manerie tertiā di. q̄ qñq̄ est dispō
media inter ꝑmam ⁊ secundā que est q̄ vrina
mingitur turbida. ⁊ ita remanet: ⁊ ista si hoc
modo perdurat ⁊ virtus est fortis significat q̄
nūc. i. paruo tēpore perueniet ad integrā ma
turationē. Sed si virtus nō fuerit fixa signifi/
cat timorē ne mors ꝑueniat maturatiōez. et si

UVA. BHSC. IyR_045_1

perduraūerit hoc modo ⁊ non fuerint ibi ſi/gna alia timoroſa ſignificabit capitis dolorez quia ſignificat ventoſitatē ⁊ ebullitionez ma/teriei. Et in hac etiaz tertia diſpoſitione di uerſimode.videnf dicere Gaſ.⁊ Auicē. Maz Gaſ.dicit ꝙ hec vrina ſignificat cōmotionem ⁊ augmentū feruoris qui eſt in ſanguine eē in ſummo augmenti ſui.Et Aueroys ita dixit: ſed ſi ab ipſo principio apparuerit groſſa ⁊ in eadez groſſitudine permanſerit ſignificat mul tam humorū ebulitionē a caloze extraneo fa/ctam:⁊ propter hoc eſt malū ſignū:videf igif ꝙ nō ſignificat ꝙ cito venietur ad maturatio/nem integra cum ſignificet ſummuz motū pu/trefactōis. Pro iſtis nota ꝙ ut dixi in que ſtione de magnitudine febris 2ª particula affo riſmorū non repugnat materiā fortī motu mo ueri ad putredinē ⁊ tamen digeri ⁊ eſſe prope complementū digeſtionis:imo ꝓpterea digeri velocius natura magis conāte ⁊ materia ma/gis apta recipere ſaltem ex parte eliquationiſ ⁊ facilitatis vaporationis ſuperflui:vnde nos videmus vermes plurimos generari in aqua cum vehementer putrefit ⁊ ſimiliter in carni/bus. Nota 2ª hanc vrinā ſemper ſignifica/re vehementē modum putredinalis coloris. Cum hoc tamē quandoq; eſt coniunctꝰ fortis motus digeſtionis:⁊ hoc eſt cum virtus eſt cō ſtans ⁊ non ſint alie male ſignificationes: ⁊ ħ voluit Auicē. ⁊ hoc etiam inuit Gaſ.cum iſtaz dixit meliozem prima:⁊ ex bis patet concoz/dia auctorum.

Illa vero.

Ponit quaſdam ſpeciales regulas.Et di/uiditur in quatuor ⁊ patebūt partes. Be ꝓ ma dicit ꝙ illa que mingiſ tenuis ⁊ ex tenuita te peruenitur ad turbulentiā eſt melior q̄ illa que permanet in turbulētia ſm plurimas bo/ras ⁊ ut plurimū. Et hoc videf contrariū dicto Gaſ.primo de criſi. Nam que peruenit a claritate ad turbulentā dicit eſſe deteriozem iſtarū trium.vnde ſic habz littera. Urina que turbida ſit exterius ſignificat ꝙ nonduz eſt ei motus ſed erit in proximo. Neceſſario igitur hec vrina eſt earum deterior.Et paulo infra. vrina 3ª 2ª ut dictū eſt inter has duas eſt me/dia. Nam ipſa cum generef a cōmotione que eſt in vltimo fine ⁊ ſtatu ſuo in tm diminuta ē in malitia ab vrina ſignificante ꝙ nonduz eſt motus eius ſz erit in proximo inquantū exce dit in malitia vrinā ſignificantē ꝙ ille motꝰ iaz proximus eſt ut ſedetur ⁊ quieſcat: ⁊ conſtat ꝙ vrina ſecūda apud ipſum eſt que mingiſ tur bida ⁊ ſic remanet.3ª 3o mingiſ clara ⁊ extra turbidatur. Pro concordia igitur dicendū hanc vrinam que turbida mingitur raro eſſe bonam. Raro enim eſt cum digeſtione ⁊ cum alijs ſignis bonis:ſed quando eſt bona eſt me lior q̄ illa que mingiſ clara ⁊ turbidatur cito quia iſta ſignificat digeſtionē proximā: ⁊ boc eſt raro.Gaſ.igitur loquiſ de ea quando bo/num ſignificat.Et Auicē.dicit boc quia ut plu rimū eſt deterior quia raro eſt bona:⁊ cuz eſt mala eſt deterior. 2ª regula eſt ꝙ multotiēs vrina fit ſpiſſa ꝓpter caſum virtutis nō ꝓpter expulſionē materie. Et poſſumus hic intelli/gere turbidam per ſpiſſam vel ſpiſſaz ꝓprie di ctam. Nam quia contētiua mēbrorum deficit ideo multi humores ſimul cum vrina trāſeūt: non quia natura illas intendat expellere 3ª regula eſt ꝙ vrina que mingitur aquoſa ⁊ ita permanet ſignificat priuationē maturationis penitus.⁊ hanc dicit Gaſ.primo de criſi peio rem q̄ ſit aliqua tertiū ſupra nominatoz. Et de hac ſatis diximus precedēte capło cum lo/cuti fuimus de vrina alba. 4ª regula eſt ꝙ vrinarum ſpiſſarum iſta eſt melior que eſt faci lis ad exeundū:⁊ eſt multe ſeparationis:quia in ea fit ſequeſtratio ⁊ ipoſtaſis multa ꝓ quaz tota mā turbulētie ⁊ nimie groſſitiei deſcēdit: ⁊ fit ipoſtaſis:quia illa ſignificat maiorē mate rie obedientiā q̄ aliqua alia:⁊ ex tali multo/tiēs ſanaf paleſis uel aliꝰ filis morbꝰ ut ſpaſmꝰ būidꝰ expulſa ꝓ vias vrine mā morbū faciente

Cum urina groſſa mingitur.

In hac 3ª parte capli ut ſupra dicif ꝓncipa liter docet ſingulare per modos ſubiecte ⁊ tur bulentiā ut alij diſpoſitioni coniūgunf.Et di uiditur in tres partes.Primo docet ſignifica re per diuerſos modos ſubſtantie. 2º per tur/bulentiam.3º ponit quaſdam extrauagātes re/gulas concernentes maxime ſignificationes rerum cum vrina mixtarū.ibi 2ª vrina turbu/lenta multotiens.ibi 3ª. Urina coloꝛi. Pri/ma diuiditur in tot partes quot ſunt regule.

Be prima igitur dicit ꝙ quādo vrina groſ/ſa mingiſ ⁊ deinde procedēdo ſm ordinē atte nuaf ſi ſit multa eſt conueniēs. Ratio regule eſt quia ſignificat hanc eſſe purgationē nāles.

2ª regula eſt ꝙ vrina dicta.ſ.groſſa multa q̄ ſm ordinē attenuaf quādo eſt poſt turbidam aut ſpiſſam paucā eſt ſignū bonum:⁊ hoc ē qñ vrina ſpiſſa ⁊ turbulenta apparet que minge/batur primo paulatim:ſed poſt ſubito ⁊ facilr inde ⁊ poſt eam multa quantitas facile mingi tur.Et cum iſta multotiens reſoluitur.i.finit/ tur egritudo: ſiue ſit acuta ſiue repletionalis ſiue fuerit repletio ex qua non prouenit mani/

UVA. BHSC. IyR_045_1

festa egritudo: ⁊ iste modus vrine ē extrane⁹. Et recte ſm ꝙ dicit Bin⁹. Auic. voluit h̄ po/ nere ſententiā Ypocratis in illo affo. 4.ᵉ parti/ cule. Quib⁹ vrine groſſe globoſe ⁊c. Cau/ ſa aūt verificās ē qz qñ hec mlta tenuis emitti tur poſt paucā groſſam aut turbidā ſignificat ꝙ mā eſt digeſta p ſubtiliationez factā a nā et pellit. vī aūt hic modus vrine extrane⁹ qz ra/ rus. Plerūq; enim fit mutatio ↄtrario mō qz ex ſubtili ꝓcedit ad groſſam cū añ digeſtionē plurimū nā nō pellat būozez cū aquoſitate et poſt digeſtionē expellat. Et tu nō. ut in cō/ mento voluit Hal. ꝙ p tenuē itelligim⁹ medio crē. ⁊ iō Aui. dic. ꝓcedēdo ꝛz ordinē attenuat.

Quando cum urina naturalis co.

Hic ponit tertiā regulā dicēs ꝙ vrina ſup/ flue ſpiſſa ⁊ nālis coloris ſigt qñq; bonū qñq; malū. Bonū ſigt qñ exit faciliter: et multa qz ſigt expulſiōez nālez multaꝝ materieꝝ. Ma/ lum ſigt qñ egriditur pauca ⁊ paulatim quia ſignificat humoꝝ multitudinē ſua groſſitie et curatis debilitatē ſua paucitate.

Urina ſpiſſa.

Iſta eſt 4.ª regula: ⁊ dicit ꝙ vrina ſpiſſa q̄ ē crisis egritudinū ſplenis aut febriū permixta/ rum eſt bona. ⁊ cā eſt quia iſta ſignificat finem alloꝝ morboꝝ conſūpta mā. Et ſubdit ꝙ i iſta nō expectet equalitas in mō ſubſtātie quia nā impedit in expellēdo. Et nō ꝙ durāte cri/ ſi nō vult ꝙ expectet equalitas vrine qm̄ nā ē occupata in expellēdo būozes ita groſſos nō obſtante ꝙ ſint digeſti ꝙ vrina per totū temp⁹ criſis eſt groſſa.

Urina ad ultimum.

Iſte eſt quintus canō de turbida iſtis inci/ denter imixtus dicit ꝙ vrina turbida vltimate ſigt humoꝝ multitudinez ⁊ naturaz ab eis oc cupatā in maturādo eos. Et rō eſt qz cū ſigni ficet materias expelli oſtendit ꝙ nā laborat i maturando maxime quia ſignificat ꝙ nō ſunt integre digeſti.

Urina ſpiſſa

Hic eſt ſextus canō dicit ꝙ vrina ſpiſſa cū arenoſo ſedine ſignificat lapidē. Ex quo eniz eſt ſpiſſa ſignificat materiā groſſam viſcoſam. Et quia ſunt ibi arenule ſignificat ꝙ inſpiſſa/ tur ⁊ induraf in lapidē aut in renib⁹ aut in ve ſica. De hoc tñ infra cū de ipoſtaſi dicemus.

Urina ſpiſſa.

Hec eſt ſeptima regula dicēſ ꝙ vrina ſpiſſa cognoſcit ſignificare apertionē apoſtematis p ea que precedūt ⁊ per ea que cum vrina cōmi ſcentur. Illud autem quod cōmiſcef cum vrina que ſignificat apertionē apoſtematis eſt ſanies que cognoſcit quia fetet aut quia illud qd̄ miſcef erit aliquid de rebus que a mēbro ſeparantur ſicut petala alba aut rubea aut fur furea aut alia ab iſtis ſicut ſunt quedam filoſa

Sed illud quod preceſſit vrinam ⁊ facit co gnoſci ꝙ ſignificat apertionē apoſtematis eſt ꝙ prius in homine illo fuerint ſigna apoſtema tis in interioꝛib⁹: ſicut verbi gr̄a in rene autve ſica aut epate aut in partib⁹ pectoꝛis: ⁊ etiam ſi ante vrinam cum ſanie fuerit vrina ſimilis lo ture carnis recētis ſignificat apoſtema eſſe in concauo epatis: ſed ſi fuerit ante hanelitus an guſtatio ⁊ tuſſis ſicca ⁊ dolor in membris pe/ ctoꝛis pongitiuus ſignificat ꝙ fuit apoſtema i pectoꝛe ⁊ ꝙ ſanies exiuit ex latere arterie vici nioꝛis ⁊ ſi pus illud eſt maturū erit conueniēs

Et attēde ꝙ numerādo ſigna que fūt ante eruptionē apoſtematis dixit: aut vlceris. Nā vlcuſ nō precedit eruptionē apoſtematis: ⁊ iō per vlcus debem⁹ intelligere exiturā. Aut hoc verificaf quia aliquādo vlcus cū debilitat mē brum eſt cauſa apoſtematis: ⁊ tale vlcus prece dit illius apoſtematis apertionē.

Et eſt cum ſanus.

Hec eſt 8.ª regula que poſſz tamē poti⁹ poni pro vna cōtingentia ⁊ eſt ꝙ contingit homies ſanū mingere vrinā ſicut pus ⁊ virus tenue ⁊ maxime cum dimiſerit exercitiū ⁊ p hanc pur gabitur eius coꝛpus ⁊ remouebif ab eo laſſitu do quā fuerat cōſecutus ꝓpter dimiſſionē ex/ ercitij. Et hoc ↄtingit qz nā materiā hanc ag gregatā digerit digōne in nocitiuo ſine ei⁹ pu trefactione. deinde expellit p vrinā: ⁊ hec non eſt vex pus nec vex virus cū in ea nō ſit putre do: ſed ē ſicut pus qz ſilis illi: ⁊ hic ſumif ſan⁹ p oi eo q nō eſt eger. Nā ex quo laſſitudinez patiebaf poti⁹ erat neutrū q̄z ſanū coꝛp⁹ eius.

Et eſt cum in epate.

Hic ponit nonā regulā dicēs ꝙ ↄtingit fie/ ri opilationes in epate aut in eo quod eſt coꝛā ipſo de mēbris ut ſtomacho aut ſplene aut pe ctoꝛe. Et cōtingit ꝙ p aptionē harū opilatio/ num mingaf vrina ſpiſſa qz cū aperiunf egre/ ditur mā earum quia faciēs eas. Et iſta nō ē pus ſed illa que egredif ex apertione apoſte/ matis eſt pus ⁊ diſcernunf a binuicē. Et ſi hec vrina trahit ad nigredinē ⁊ preceſſit doloꝛ in latere ſiniſtro ſignificat ꝙ eſt ex ſplene. Et ſe/ cundum hanc cōſiderationē ſi doloꝛ fuerit ſu/ pra femur: aut in ſumitate ventris erit ex par/ te ſtomaci. ſ. fundi anteriozis. ſed tamen pluri mum eſt ex epate quia epar eſt magis vicinus vijs vrine. Et iſte canō eſt manifeſtus.

UVA. BHSC. IyR_045_1

Urina turbulenta.

Modo facit quod dictum est: & diuidit in tres sicut tres regulas de turbulēta vrina ponit. ibi 2ª turbulēta eni. ibi 3ª Urina q̄ vrinis.

Dicit pmo q̄ multotiēs vrina turbulēta significat casum virtutis. s. nālis & vitalis regulantiū totū corpus: vñ neq̄ valēt sequestrare humorē ab aquositate neq̄ putrefactionē pro bibere nec retinere būores: & ideo fit inde vrina turbida. Et quādo cadit virtus tunc vrina est frigida sicut illa que exteri⁹ infrigidat. nec est in isto casu intelligenduz q̄ hec vrina ex toto mingat frigida sicut aqua sed valde pauce caliditatis. Nam tūc calor relinquit mēbra lōginqua a corde & ēt in ipso corde paucificat

Urina turbulenta.

Hec ē 2ª regula i qua dicit q̄ vrina turbulēta que similat malo vino aut aque ciceris est vrina pregnantiū & habentiū apostemata calida lōgi tpis in interioribꝰ. Sed hic sunt duo dubia. Primū quia in pregnātibꝰ debet eē vrina clara similis vrinis viroz igit nō turbida.

Secundū qz apostemata lōgi tpis debēt eē ex materia frigida que nō facit supfluitatē rubeā simile vino. Preterea plerūq̄ ē apostema in interioribus & nō appet huiusmōi vrina ut patet experiētia. Ad primū dicit q̄ pregnantes pauci tpis quia paz mēstrui retinuerūt: & qz cōstricte sunt vie & id parū menstrui qđ superat tēdit ad venas matricis & iuuant in digerēdo a calido spermatis viri: iō vrinas habēt claras: sed pregnātes vicine partui qz multū mēstrui retinuerūt: & qz illud tūc regurgitat a venis matricis in alias: & est mali coloris. Ideo q̄nq̄ aliquid tale emittūt cū vrina & faciūt vrinā turbidā dicti coloris Ad scām dr̄ q̄ apostemata in interioribꝰ duobꝰ modis: cum sint lōgi tpis sunt cā dicte vrine. Primo quia epatis virtutē debilitāt vñ fit vrina cuz permixtione sanguinis mali. 2º qz ab illis tandem refutat mā que adustiōe participat & mingitur. Et iō hec talis mixta cū parte sāguinis & aquositate reddit vrinam dicti modi.

Urina que vrinis.

Hec est 3ª regula in qua dicit q̄ vrina simil vrine asinoz & alioz subiugaliū & est quasi mulachach: quia est multū turbida sigt corruptionem humoz corporis maxime flegmat crudi: in quo per opationē caliditat & vētositas fuit generata: & iō sigt capitis dolorē ventuz aut alachal. Nō. primo q̄ mulachach est aqua qua vtūtur saraceni que est ex aqua rosata cū musco & ambra & gariofilis & alijs odoriferis & est valde turbida. Sed alabachal est egritudo in qua a cerebro salsa descendit ad inferiora: & vocat stillicidiū siue spēs catarri: & tunc verificat regula qz turbulentia illa nō fit sine humoz putredine ut est dictū supra. 2º sine vē tositate coniūcta parti terree. 3º qz ista nec nigra est nec citrina nec rubea maxie flegmatis significabit putredinē. 4º qz ibi est opilatio significat q̄ cōicat capiti: & ideo si retinebit faciet dolorē capitis iuxta affozismi sententiam. Quib⁹ vrine cōuerse turbate velut subiugalis ē. Et si nō retinebit faciet catarrū dictū.

Urina que colori.

Hic ponit extrauagātes regulas & sūt quatuor. Prima est q̄ vrina q̄ silat colori vni⁹ mēbri & perdurat: hoc mō significat egritudinez futurā in illo mēbro. Et rō est quia nō obstāte q̄ color detur vrine ex pmixtiōe materie & nō imediate a mēbri colore. Tamē mēbra multiplicantia supfluitates multotiēs eas faciūt sibi siles quodāmodo in colore. Et iō cū vrina perseuerat fm talē colorē significat q̄ mēbrū cōtinue multiplicat supfluitates expellēdas & ideo tandem egrotabit.

Et quidam.

Secūda regula est ex dicto quorūdā q̄ qñ in inferiori parte vrine fuerit aliquid qđ est sicut puluis aut fumus egritudo significat lōgā Et si perdurat in tota egritudine pnosticatur mortē aut flegma crudū quod a pure discernitur p fetorē. Ego aūt hoc expresse vidi i quadam puella. Nō. igit q̄ multotiēs in vrina alba clara superi⁹ ppe funduz videt obscuritas ac si fumus esset ibi: & hec qñq̄ accidit ab vlcere in vesica aut renib⁹ cū paucissima sanie pellit & cū igit videt quasi fum⁹ a fundo ascendere multotiēs aut quasi per totā vrinā est hoc & qñ leuiter declinam⁹ vrinale ad vnā partez appet iuxta superficiē fum⁹ ille. si igit i vrina ē fetor tunc est sanies. si vo non sit fetor sigt salsa crudū cui accidit ex putredine dio ad partes sine digōne: & iō qñ ptelat sigtur mors cū significet q̄ nā nō dñatur humori.

Urina habens.

Hec est tertia regula in qua dicit q̄ vrina q̄ habet partes diuersas significat q̄ quāto partes ille sunt maiores tāto nature operatio est studiosior & natura pl⁹ potēs & pozi plus apti

Nō. igit q̄ multotiēs in vrina sunt partes humorales aut in fundo aut natātes que non sunt contūcte imo percipiūtur ab alijs diuersē: & qñq̄ ptingit q̄ iste sūt partes mēbroz ut petala et trūbi. cū igit sint ptes humorales regulariter: sz si sint ptes mēbroz tūc quāto fuerint maiores partes tāto significant vlcera peiora

UVA. BHSC. IyR_045_1

Vrina.

Quarta regula est ꝙ vrina in qua videntur quasi fila adinuicē mixta significat ꝙ fuit post coitū mixta Et nō. ꝙ hec fila sunt grossa alba ex spermatis parte que remāsit in virga p' coitū que cū vrina pellitur.

De significationib' vrine sumptū ex odore.

Ixerunt quidam.

In isto capl'o Aui. determinat d significationib' vrine p odorē. et diuidit in duas partes. primo ponit quorundā dictū circa hoc. 2°. ponit regulas significādo ꝑm ꝓpriā intētionē. ibi 2ª. Et nos. De prima dicit quosdam dixisse se nūq̄ vidisse egrum cuius vrine odor esset silis odori vrine sanoꝝ. Ubi nō. ꝙ Auicē. de hoc dicto nullū ponit iudiciū suū veritatis uel falsitatis. Sed veritas est ꝙ non repugnat inueniri odorem in vrina vni' sani ⁊ vnius egri: puta si sanus eēt coleric' ⁊ eger naturaliter flegmaticus ⁊ egrotaret parua egritudine colerica. Secūdus casus est vbi vnus san' sibi vteretur quadā dieta permutāte odorez vrine ut spagi permutāt deinde vtēdo alia dieta ex egritudine haberet vrina odorem similem illi. Tertius casus est vbi egritudo nō cōmunicaret nocumentū epati ⁊ vijs vrine ⁊ venis. Nam tunc nō oportet vrine odorem ꝑmutari plurimū tñ variat in eodem hoīe odor vrine: qñ de sanitate inculpata trāsit in febrē putridam qꝛ ea ex quib' vrina habet odorē nō seruāt ꝓportionē ad oīno silem odori priori.

Et nos quidem.

Modo exequit ꝑm ꝓpriā intentionē. Et tria facit. ꝑmo docet significare p priuationez odoris. 2°. per odorē. 3°. permutationē de odore certi modi ad ꝑuationē. ibi 2ª. Cū aūt odorem. ibi 3ª. in fine. In acutis egritudinib' Dicit ꝑmo ꝙ ꝑuatio odoris penit' in vrina significat frigiditatē cōplexionis ⁊ superfluā cruditatem ⁊ in acutis egritudinib' plerūq̄ significat mortē nature. i. mortificationē caloris naturalis. Ubi nō. ꝙ cum odor fundet in fumali euaporatiōe calida ⁊ sicca: ⁊ vrina nālis debeat habē odorē acutū sequit ꝙ ꝑuatio ei' significat priuatione hui' fumalis euaporationis. ⁊ ideo frigiditatē ⁊ quia frigiditas est cā cruditatis significat cruditatē. In acutis autē egritudinib' quia plurimū pēdēt a materia calida nō videt ꝙ vrina sit hoc mō facta penitus sine odore: nisi quia iam resolutus est calor nālis. ⁊ cum eo etiam preternaturalis ūt in febribus accidit colliquatiuis in quib' etiā hanelitus est frigidus. Ex quo patet quō in acutis hec vrina sig̃t mortem nature.

Cum autem.

